Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689759-p0001-6

Tomus XIII
Miſcellaneor. Philolog.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689759-p0002-2

# DIATRIBE POLITICA,

*De*

# MORBIS NONNULLIS, QUI PUBLICAS SÆPE RES INFEſtare, Galliæq́; cumprimis

regnum miſerè vexare ſolent,

*Teſtibus in rerum fidem ex ipſa Gallia citatis atq; productis,*

*quam*,

Divini Numinis gratiâ clementèr aſpirante,

*Publico eruditorum colloquio ventilandam proponit*

M. MICHAEL SCHNEIDER,

Saxo, Moralium Profeſs. Publ.

*Reſpondente*

M. JACOBO HACKMANNO

Ortendorpio-Hadelenſi,

*ad d. XXII. Decembris*

In Auditorio Majori horis antemeridianis.

---

*WITTEBERGÆ,*

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

*ANNO MDC. XXXVIII.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-689759-p0003-7

SERENISSIMO ac POTENTISSIMO
PRINCIPI ac Domino,
Domino

# JOHANNI GEORGIO,

SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, ac BERGIÆ
DUCI, Landtgravio Thuringiæ, Marchioni
Miſniæ, Superioris item Inferiorisq; Luſatiæ, Comiti
in Marca & Ravensburg, Domino in
Ravenſtein,

*Principi ac Domino meo clementiſſimo,*

Tenues has profeſſorij laboris
primitias,
*humillimâ mente dico atque*
*ſacras eſſe jubeo*
Michael Schneider Mor. P. P.

QUæ Tibi dant noſtræ, PRINCEPS INVICTE, Camœnæ
Sunt longè meritis inferiora Tuis.
Pellæum juvenem tantùm ſimulabat Apelles,
Nec Tua tyroni pingere facta licet.
Attamen ut totam patriam Tibi plaudere vidi,
Publica cum nuper feſta pararet amor,
Protinus audebam quantumvis munere vili,
Virtutes, HEROS, ſollicitare Tuas.
Scilicet eſt aliquid DOMINIS bona dicere verba,
Officiisq; piis corda probare ſua.
Non mare faſtidit vix noti fluminis undas,
Nec ſpernit magnus munera parva Deus.
Cujus in excelſis aſtris elucet imago,
Quæ nunc SAXONIÆ climata nobilitant.
Hæc faveant Muſis, tenebras & nemo timebit,
Barbaries nobis quas meditata fuit.
Hæc mihi ſi ſtudiis operanti ſidera fulgent,
Non civis docti degener orbis ero.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689759-p0005-9

# PRÆFATIO Ad æquum Lectorem.

DUbiæ aleæ pleniſsima res eſt hâc tempeſtate ingenium publieare, raraeq́; felicitatis opus habetur, quorum vitia taxaveris liberè, eorum gratiam ac favorem emeruiſſe. Itaq́; operæ precium me facturum arbitror, ſi in anteceſſum præmiſero pauca, quæ vel tacitæ quorundam objectioni oportunè facere ſatis, vel meæ intentionis innocentiam ac bonam cauſam modeſtè perorare poſsint. Materiam aliquam politicam, ventilationi utili paritèr ac jucundæ oportunam in lucem de manu miſſuro, illud maturè in mentem venit, quod non obſcuri nominis *Jeſuita* monet, *morales diſputationes ſine Dialecticis argutiis tractandas eſſe.* Scripſi ergò liberè & ſine anxia methodi ac diſpoſitionis cura, quæ ſæpiùs in febriculoſam putiditatem ſolet exire, ratus, ut quis de venuſtate morum exponat, *barbaris Scholaſticorum linguis* minimè opus eſſe. Quorum horridas ſubtilitates tamen, cæteraq́; tot diſtinctionum, concluſionumq́; ludibria dicam an veneficia, quibus diſputatores nonnulli ad *Prothei* inſtar ſe vertunt in omnes formas, dici vix poteſt, quanti æſtiment hodiè quidam *ſingularis ſapientiæ Magiſtri.* quaſi nemo ſcilicet in Academia noſtra legerit eos, aut quid de laboribus illorum habendum ſit, vel fando audiverit unquam! Deindè cùm ingens ad virtutem ſtimulus ſit, ſic quaſi in ſpeculo intueri coràm ac contemplari, quæ deceant maximè ac vitam ornent, quæ turpitudinis contrà maculam ipſi aſpergant aut labem, in ſolis *præceptis*, iisque frigidis ſæpè ac jejunis, nobis hîc minimè duximus acquieſcendum. quæ nunquam ſanè tàm facilè penetrant animum, expugnantq́; quàm quæ *exemplis* in illuſtri poſita eſt Philoſophia. Enimverò rariuſculè admittuntur voces illæ baſilicæ ac imperatoriæ, adeoq́; *Manlianæ* prorſus, & ſæpè exacerbant magis, quàm movent, quod cum ſeveritate imperij conjunctæ videantur. Converto ergò hîc aliquoties cogitationes ad omnis ævi *exempla*, ac ut habeam, in quo conſiſtam tandem, *Gallorum* mihi mores ob oculos pono, & in quantum nobis imitandi ſint, ſimplicitèr, quæ ingenuitas mea eſt, oſtendo. Non quidem ut traducam eos ſuggillemvè, vel aliorum ludibrio proſtituam laudatiſsimi populi famam. Non

Adamus à Cōtzen. lib. 1. Polit. cap. 2. n. 5.

ſan

ſanè, hoc Cynici pus atq; venenum, illeq; *nigræ loliginis ſuccus*, quem *Poeta* infamat, genium noſtrum non infecit. Sed ut in illorum moribus, ſive laudatis ſive reprehenſis etiam occurramus nobis ipſi, & dum hæc quaſi aliena & peregrina ſumimus in manus, quisque velut in objecto ſpeculo agnoſcat meritum ſuæ famæ. Nempè ſic habendum eſt. Ut qui *morbis chronicis* laborant, lubentius audiunt loquentes de aliis, qui in eodem noſocomio decumbunt, quàm de ſeipſis, ad quorum tamen exemplum ſapere poſtea incipiunt, accuratioremq; quàm ante valetudinis rationem habere: ita fit connivente ad affectuum furta, morumque familiares nævos blandâ ſui lena Naturâ, jucundior uti nobis ſit narratio vitiorum *peregrinorum* quàm *domeſticorum*, & tamen dum ad illa oculorum vertimus aciem, ſæpè noſtram ipſi fœditatem deteſtari incipimus odioq; habere, vel quod omnium optimum eſt, emendare etiam vitæ melioris exemplô. Hûc aurigatur noſter labor, hûc tendit. Cæterùm alios in præſens quàm *Gallos* producere in theatrum non debuimus, quod majores eorum in eodem paterni ſanguinis hoſpitio natârint nobiſcum, nec obſcurâ cognationis copulâ nos attingant. Quis enim ignorat hodiernos *Gallos* eſſe *Germanorum ſanguinem*, ſurculos, nepotes, ac reliquias non contemnendas? Quorum *patres* ut *linguâ generisq;* primordiis cum noſtris conveniunt: ita ſeri nepotes mutuâ benevolentiâ & amore conſpirant, nec aliâ re unus alterum ſuperare contendit, quàm iis virtutibus, quas in primis parentibus antiquitas eſt admirata. Quod ſi in ſuorum hominum gratiam exemplô noſtrô permoti, *Germanorum* mores ad calculum honeſtatis revocârint, ut & ipſi noſtrô periculô redeant ad meliorem frugem, adeò nos non offendent, ut magnam potius apud nos gratiam hôc nomine ſint ituri.

Lanſ. pro Gall. p. 429. & 439. Limnæus de J. P. P. 1. p. 37. J. Bohemus de Gallia in de gentium moribus &c.

Porrò ut libentius ab ipſis legeremur, primum *virtutes* eorum bonâ fide complexi, in laudes celeberrimæ gentis effusè digreſsi ſumus. Humanius eſſe rati, dotibus naturæ gratulari, quàm flagitioſis moribus iraſci. Deinde catalogum ac telam eorum *vitiorum* breviter pertexuimus, quæ non injuriâ ſibi imputari clarâ voce pro candore ſuo ipſimet atteſtantur. In quem finem bonorum autorum teſtimonia paſsim in diatribe hac videbis allegata, delectu tamen habitô, iiſq; omiſsis ut plurimû, quæ de eadem pene materia doctiſsi-



mus

mus *Lanſius* poſteritati reliquit. Interea quod *nævi* eorum numerô ac pondere etiam ſuperant *virtutes*, non luxuriantis noſtri calami, ſed naturæ humanæ vitio dandum eſt, quæ ſub *Galliæ* climate cumprimis feracior longè eſt flagitiorum, quàm virtutum. Nec tamen deſino ea propter medicinam facere *patriis* morbis, dum *peregrinorum* ulcera tango, quia hôc ingeniô ſunt *oppoſita*, ut ſibi mutuam præbeant manum reciprocamq; accendant facem. Quippe *quò exactius novimus vitium, hoc melius conſtantiusq; repræſentamus virtutem. Enimverò & Lacedæmonij, ut ſobrietatem commendarent pueris, in ebriorum turpitudines intueri jubebant. Et pictor ille, cùm ſimulaturus equum eſſet, aſinum ſibi propoſuit. Ut intelligeret, quod in imagine ſuâ deberet ſequi maximè, cùm quid vitandum imprimis, coràm ſpectaret.* Ac ut paucis multa dicam, ſcripta hæc ſunt, non inſultandi animô, ſed emendandi juvandique. Quò efficacius illud ex antiquitate pro me loquetur & verba faciet:

*verba celeberrimi noſtri Buchneri in Panegyr. D. Sennerti famæ dicato.*

*Suſpicione ſi quis errabit ſuâ*
*Et rapiet ad ſe, quod erit commune omnium,*
*Stultè nudabit animi conſcientiam,*
*Huic excuſatum me velim nihilominus.*
*Neq; enim notare ſingulos mens eſt mihi,*
*Verùm ipſam vitam & mores hominum oſtendere.*

Et verò ita comparatum eſt cum mortalium conditione, quisque *ſuos* uti *patiatur manes*, & domi inveniat abundè, quod corrigat atq; emendet. Sicut ulterius neſcio quâ fatorum œconomiâ, quove cœli influxu contingit, ut unaquæq; tellus domeſticis propriisque vitiis laboret. *Quidam populus eſt verſutior aliô, quidam ſimplicior; Scaliger ſcribit. Nihil ſimplicius eſt Helvetiô*, ſie ſeind milchbengel/ *verſuti ſunt Afri*, ſie ſeind verſchmitzte köpfflein &c. Quod elegantèr, ut ſolet, *Guazzius* * his verbis expreſſit: *A ciaſcun paeſe, & à ciaſcuna terra ſono date & infuſe per la natura del luogo, & per lo clima del cielo, & per l' influſſe delle ſtelle certe virtù, & certi vitij, che ſono loro proprij, innati & perpetui. Et ſi comme fieriſcono gli ingegni acuti & pellegrini, dove è l' aria pura & ſottile, coſi rieſcono più rozzi & duri dove è piu folta & groſſa.* Quæ fortè etiam cauſſa eſt, cur nulla ferè natio nominari hodiè poſſit, quæ non aliis objecerit quendam *Aſini* ſtuporem.† A cujus majeſtate *Bodinus*(*a*), patriæ charitate accenſus, ſupremum illi præconium mutuatur. quod ipſi etiam illibatum

Scherbij feſtivitas in Polit. Ariſt. p. 151. & 317.

*l. 1. p 84. de civili cõverſ.

† Heinſius de L. A.

(*a*) in theat. nat. l. 3. vid. Lanſ. in conſult. p. 312.

batum

batum ac in ſolidum lubentes relinquimus, ex veteri formula, meritòque. Accedit quod non intempeſtivum hodiè ſit in illorum invehi mores, qui eò audaciæ progrediuntur, ut de *Saxonicæ domus vecordia, pacisq́; Pragenſis nullitate* (ignoſcant ac propitij ſint vocis novitati *Ciceroniani* manes) aculeatos libros hinc inde ſpargant. Certè manus, quæ aliam à ſordibus purgat, ipſa munda ſit neceſſe eſt, & qui ex fratris (*Germani*) oculo *feſtucam* tollere cupit, ſuo prius *trabem* eximere debet. Rectè ſapientes Ebræorum:

טול קיסם מבין שניך
טול קורה מבין עיניך

*Tolle feſtucam ex dentibus tuis,*
*Tolle trabem ex oculo tuo.*

*Autor libri Muſar* c. 18.

In *Sanhedrin** non abſimilem ſententiam legere eſt:
אמר ריש לקיש קשט עצמך ואחר כך קשט אחרים׃
*Dicit Res Lakis: orna teipſum & poſtea orna alios.* Quanquàm, quod absque jactantia dictum eſto, leniori ſtrigili hìc percurro ac frico pruriginoſam *Gallorum* ſcabiem, ne crabones irritare, aut exaſperare quoq; videar luem. Neq; enim aliis in ipſos *armis* pugno, quàm quæ liberalitas ipſorum mihi dedit in manus. Imitatus cum *J. P. Camo*,*eodemq; *Gallô*, pictorem illum antiquum, qui raptum *Ganymedis*, cujus autor *Jupiter* fuit, *aquilæ* formà circumductus, repræſentaturus, ungues non ungues, i. e. non lanìantes nobis depinxit, quaſi veritus, ne pium hoc furtum prædamq́; gratioſam vulneraret. De cætero illius judicij ſecurus, quod de nobis feſtivus quidam puſio tulit, & nondum emunctæ ſatis naris ephebus patricius, ut, qui vix per annum Gallicô cœlo tincti ac imbuti, linguæ magiſterium profiteremur, deq; gentis univerſæ moribus ſcribere ſuſtineremus. Ego equidem recti conſcientiâ fretus, ſcio mihi melius rationem conſtare temporis in *Gallia* transacti, quàm glorioſo illi ineptiarum candidato ad manum ſit calculus *Corydonum* ſuorum, aut *baſiorum* etiam, quæ infelix amator devenuſtis *Glycerij* labris poſuit fixitque. Sicut & hoc ſcio, meum eſſe hunc fœtum, non ſuppoſititium, nec ex volumine diſputationum *Baſileenſium* denuò typis exſcriptum. Sed hæc obitèr, quæ *Momi* importunitas à noſtra modeſtia extorſit. Tu Lector benevole mihi ſalve ac vale, & ſi hæc placent, plura impoſterum abs me præſtolare atque expecta.

* cap. 2. *Druſius* in prov. Ebr. p. 45. *Coch* in Sanhedrin h. l. nec non *Haneken.* diſp. in c. 3. Thren. v. 37.

* Epiſcopus *Bellajus* qui nuper *Gallicè* ſcripſit in *deſidiã Monachorum* Liber editus eſt Rothomagi 1633. vid. in præfat. idem ſimile.

Ad

*CLARISSIMUM VIRUM*

# M. MICHAELEM SCHNEIDERN,

Moralium Profeſſorem Publ.

# De morbis Rerumpublicarum,

ac Galliæ cumprimis, publicè diſputantem.

EST aliqvid hominis, corpus: inde, cùm torpet,
Langvore non diſſolvitur hominis totum:
Mens ignea, ut ſe flammat & veget ſemper,
Sic durat, anteitqve corporis frigus.
At ipſa cùm rigere inertibus cæpit
Morbis, laborat omne protinus corpus,
Miſerumqve plures oppetit malas peſtes.
Res dura langvor corporis: animi pejor.
Hunc dum ſcienter in tuis notas Gallis,
SCHNEIDERE, doctâ os explicans pium chartâ;
Pariterqve prudens ducis in viam hortator,
Et arte dulci patriam edoces gentem,
Si ſapere poſthâc ipſa rectius poſsit.
Audire verum, ſervat: error evertit.

*Conjunctiſsimo Collegæ*

*f.*

M. Joh. Ericus Oſtermannus,
Græcar. Liter. P. P.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689759-p0010-6

Deo Duce!

# Assertio Prima.

*Studium tuendæ conſervandæq́ libertatis ſapientibus Rerumpubl. Rectoribus commendatiſsimum eſſe debet.*

## EVOLUTIO.

TAm dulce ac titillans eſt libertatis nomen, ipſas ut feras etiam mirificè mulceri eàdem videamus & capi. Imbelle animal habetur, quod cum ſui juris ſemel eſſe cepit, aliquid adhuc amare poteſt in ſervitute. Neq; enim medium admittit libertas, aut exiguum aliquid aut leve. Quippe vel tota eſt, quod debet, vel amiſsâ ſui parte tota fuit & extincta jacet. *Omnes homines naturâ libertati ſtudent & ſervitutem oderunt* (a). Nihil eâ amabilius, aut favorabilius illi, qui virtutis reverentiam habet. Quare rotundè dixit ſapiens vetuſtas: ἢ βίος ἐλεύθερος· ἢ θάνατος ἔνδοξος, *Aut libera vita aut mors glorioſa.* Ita enim habent viri prudentes, id quod eſt in corpore anima, in civitate conſervandæ libertatis amorem eſſe. Nempe ſicut animâ amiſsâ & expulsâ ſingulorum membrorum uſus & munia pereunt & intercipiuntur: Ita nil aliud ſunt muri, mœnia, propugnacula, turres, catapultæ, arietes & munimenta, aut ſi quæ alia urbes benè conſtitutas

*Libertatis ingenium.*

(a) Cæſar. bell. Gall. lib. 3.

Dion. Hal l. 2.

*Eſt anima Reipubl.*

Vid. Guevarr in horol Princ lib. 1 c. 4. p. 211. lib. 3. c. 37. p. 591.

commendant, & formidabiles reddunt adverſæ parti, quàm funus merum & caſſum omni ſpiritu cadaver, poſtquam ceſſavit amari libertas. Quâ perdita nemo haurit hanc vitalem auram, ſed inficit ac infamat. Contrà quamdiu in precio eſt cum pietate juſta patriæ libertas, & ab inſultu hoſtium tuta præſtatur, tamdiu etiam divina providentia ſe partibus miſcet, & contra eosdem ſtat in armis.

*Magna vis libertatis.*

II. Et verò quid non audeat vel efficiat etiam ſemel tuendis Religionis & libertatis juribus penitus devotus Spiritus, & in ſe ipſa collecta virtus? Veterum libri pleni ſunt his pulchris & egregiis facinoribus, nec ſeculum noſtrum pauciora nobis ſuppeditat exempla. Neq; enim tàm effæta viribusq; exhauſta eſt hodiè mater Natura, ut nihil, quod cum antiquitate in comparationem veniat, producere poſſit. Tantùm animô benè compoſito opus eſt hîc, & ſtrenuô aliquo Duce, qui ſegnes ad benè agendum exemplo ſuo incitet ac inflammet. Sicut *Polybius*, graviſſimus autor de *Achæorum urbibus*, qui libertatem recuperarunt, ſcribit, illorum factis populos plures ad ſimile quid tentandum permotos fuiſſe. Vel ſolos nobis ab oculos ponamus *Romanos*! Quàm obſtinatè quæſo illi libertatem ſemel partam defenderunt? Quot periculis rerumq; diſcriminibus intrepida pectora objecerunt, ut fœdæ ſervitutis jugum depellerent à cervicibus ſuis, & peregrinæ gentis leges declinarent? Quoties pro aris & focis communibusq; ſacris cum exteris populis, iisque ferociſſimis longè, fortitèr & animosè pugnarunt? Non accumulabimus rerum teſtimonia,

lib. 2. vid. Danæum in aphorism. polit. p. 169. & 194.

*Romanorum virtus.*

Conf. cap. 2. integrum lib. 1. diſſert. Machiavelli p. 260. &c. & lib. 3. c. 3. p. 431.

nia, nec excurremus hîc in communem locum, ſed elogiô unius Flori contenti erimus, qui prolixæ hiſtoriæ compendium ſcripſit & ſummam. Sic autem ille: *Pulſis ex urbe regibus, prima pro libertate arma corripuit populus Rom. Nam Porſena Rex Etruſcorum ingentibus copiis aderat, & Tarquinios manu reducebat. Hunc tamen quamvis & armis & fame urgeret, occupatoq; Janiculo ipſis urbis faucibus incubaret, ſuſtinuit, repulit: noviſsimè etiam tantâ admiratione percuſsit, ut ſuperior ultrò cum penè victis amicitiæ fœdera feriret. Tunc illa Roman. prodigia atq; miracula, Horatius, Mutius, Clælia: quæ niſi in annalibus forent, hodiè fabula viderentur &c.* Nec ſilentio prætereunda hîc eſt *Spartanorum* in tuenda libertate induſtria ac cura, cujus præclariſsima documenta non ſemel dederunt. Quæ nos produceremus etiam, niſi jamdudum à *Keckermanno* fuiſſent literarum monumentis conſignata.

lib. I. cap. 10.

*Laus Spartanorum.*

In diſp. 4 de Republ. Spartan. p. 1657. Tom. 2. operum.

III. Cæterùm quò precioſior res eſt & aurea magis libertas, quoque minus ad *Florentinæ Reipubl.* exemplum *venalis* proſtare debet, hoc difficilius retinetur. Pace certè ac ſupinâ ſecuritate elabitur incogitantibus, nec ægrius unquam conſervatur, quàm cum Reip. hoſtis, qui timeatur, deeſt. Scilicet tum demum enititur generoſæ mentis ardor, cum iliades ac tempeſtates malorum in rem communem inundant, cum ſpei vix quicquam ſupereſt, cæterisq; præſidiis deſtituta cauſæ bonitas, ipsâ jam neceſsitate armatur. Enimverò nimia felicitas non minus quàm *importuna ſapientia** evertit ac peſſundat regna. Sicut enim

*Machiavell in hiſt. Florent.* p. 133 *Libertas apud Florentinos ſemper venalis.*

*Inter obſequia fortunæ periclitatur Libertas.*

* Boxhorn. orat. 2. de Troade Senecæ pag. 113.

Unzeitiger Witz verderbet gute policey.

enim eadem corpora aëris procelloſi frigoriſque inclementis conſuetudo obdurat, quæ cœli mollities & delicatiſsimi, ut ſic dicam, hauſtus diſſolvunt: Ita fieri amat, ut adverſa & incerta fortunæ ſepultam quaſi otiô virtutem armorum exercitatione accendant, proſpera verò quævis & perpetuus ejusdem felicitatis color laxent atque corrumpant. Verè *Saluſtius*: *Secundæ* res inquit, *ſapientum animos fatigant, & ubi per ſocordiam vires, tempus, ingenium defluxêre, naturæ infirmitas accuſatur.* Nec ineleganter *Berneggerus*, *nunquam virtus*, ait, *tàm bonâ fide ſe oſtendit, quàm ubi cum caſibus & fortuna committitur. Itaq; nulla tempora virtutum ſunt feraciora, quàm quæ ferociſsima calamitatum, nec inter quietem atq; felicitatem magna exempla proveniunt.*

Catilin p. 28.

in bello *Jug.* p. 77.

In Panegyr. ad Regem Galliæ Ludov. XIII.

*Virtus cum palma compoſita.*

IV. Habet palmæ inſtar virtus. Quò magis premitur, eò fortius enititur, & ab ipſius oneris improbitate robur ſumit ac vires. In quem ſenſum non malè canit *Poëta Gallus*:

Beaumont Harlay En la cresme des bons vers p. 116.

*La vertu, Reyne des mortels,*
*Qui doit ſeule auoir des autels,*
*Dans le fonds de noſtre pensée,*
*Comme la palme ſous le faix*
*Acquiert la force en ſes effets,*
*Alors qu' elle eſt plus oppreſſée.*

Atque hinc oriuntur illæ libertatis in Imperiis cum factionum monſtris perpetuæ ferè & indies inſtauratæ contentiones ac certamina, innumerique præterea labores, quibus maxima regnorum pars reſtitit ad tempus, ſed ſuccubuit tandem manumq; dedit, nusquam

*Fatales periodi Regnorum ac ineluctabiles ruinæ.*

quam niſi in Hiſtoricorum libris fixâ ſede inventâ. Ipſa *Sparta*, quorum moribus pariter ac viribus nihil melius videbatur, vix quingentos annos tenuit libertatem. *Athenæ* ſæpè mutarunt, & oppreſſæ denuò caput extulerunt; ſed non bonâ ſatis fide, turbidæ ſemper & in metu, vel obnoxiæ tyrannidi potentiorum. Nec diſſimilia fuerunt aliarum Rerump. fata, ut pluribus *Lipſius* docet. Hodiè *Helvetiorum* (a) gens libertatem vehementèr amat ac ſummis viribus propugnat, imò omnem Nobilitatem odio habet, libertati ſcilicet infeſtam. *Arioſtus* (b) etiam maximè laudat *Andream Doriam*, quod patriæ ſuæ maluerit firmare libertatem, quàm eidem figere novas leges & invidioſè dominari. De nobili autem illo fervore, qui *Belgas* pro libertate fortitèr pugnantes hodienum agit, aliorum quàm meis malo exponere verbis, quanquam illi ambitioſius paullò, ut Nationis genius eſt, proprias laudes decantant, inque illis ſibi nimium ferè placent.

lib. 2. Monitor: Polit 6 p. 71 edit. Antuverp. 1606.

(a) *Nicol. Bellus* in diſſert. Polit. T. 3. p. 652. & *Euerardus Bronchorſt* in notis ad Aphoriſm. Pol. Danæi p. 235 edit. Leyd. 1623.

(b) cant. 15. *verſus Ital.* citat *Beſold.* P. 1. oper. polit. p. 188.

*Belgarum gens ardentibus animis tuetur libertatem.*

V. *Non (c) alios habemus hoſtes* inquit *Heinſius*, *quàm quos Dominos habere dedignati ſumus. Mare (d) totum, ſinus omnes, portus, inſulas ac littora vel claſſibus ſecuri pervagamur, vel formidine ac virtutis noſtræ metu continemus. Quicquid alibi terrarum extra ſolem quoq; & Lunam extat, aut emenſi ſumus, aut coloniis jam occupamus. Deeſt Græcis Romanisq; ac poſtremò nobis quoq;, qui jam totum circumvecti ſumus, exploratus orbis. Nondum deeſt ſtudium ſciendi, ſit ne extra eum, qui mortales capiat atq; alat, habitandi locus? In Oceano, in glacie, in nubibus, in nocte deniq; ipſa extra*

(c) Orat. 4. p. 68.

(d) orat. 1. p. 41.

*ſiderum conſpectus, extra limites naturæ vivimus. Quicquid nix aut hyems, quicquid ſolis inclementia atq; ardor, quicquid ipſa vaſtitas ac ſolitudo vel ſervavit ſibi, vel ſepoſuit, acceſſimus, invaſimus, perrupimus. Ne quis aut adverſis nos terreri putet, aut metuere fortunam, qui naturæ fines jam exceſſimus. Et inferre mortem & contemnere didicimus. Servire nec didicimus, nec poſſumus* Non minores ſibi ſpiritus ſumſit (e) *Winſemius* in ſcripto Regi Sueciæ panegyrico, ubi, *niſi Philipporum iras*, inquit, *niſi Albæ ſævitiam ac furias, niſi devoluta Alpibus ac Pyrenæis jugis agmina noſtra libertas ſenſiſſet, infra hanc magnitudinem, infra hanc gloriam conſpiceretur. Ita quicquid olim oriens, & poſt orientem Græcia, poſt Græciam Italia, poſt Italiam tot nationum ingenia excoluerunt, noſtro bello conſummatum. Remonſtrantes* in præfat. Apol. ad fratres, poſtquam libertatem conſcientiarum in Rep. laudaſſent, *unde libertas ſentiendi*, ſubjungunt, *proſcripta eſt, ibi quot Chriſtianos, totidem videre eſt aut bruta pecora, aut ingenia alienæ libidini ſerviliter mancipata. Solum Pontificium atq; Hiſpan. regnũ videte! Jumenta ibi ſunt, non homines. Quicquid imponitur, id portat vulgus, ut aſinus Iſidis ſacra. Nec magis intelligit, quid ſit Relligio, quâm mulus aut equus. Nec mirum! cæca obedientia & tantũ non ſtupor ibi encomium eſt Chriſtiani populi, & bubalorum inſtar naſo circumduci in omnem partem ad ſuperſtitionem usq;, hoc ibi eſt Chriſtianum. Ire qua itur, non quà eundum eſt, hoc vulgi gloria eſt & Chriſtiani obſequii laudem habet ac meritum.* Porrò inter omnes Rerump. formas,

(e) pag. 11.

quas

quas univerſus orbis hodiè complectitur ac fovet, Venetorum politia tantum eminet,

*quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.*

Sola certè illibata adhuc virgo eſt, (*f*) *ſolaq́ꝫ ævum millenarium jactat: felix fati, ſed & legum atq́ꝫ inſtitutorum felix, quibus velut vinculis firmata eſt adhuc contra lapſum.* Quo nomine non ineptè *Heinſius* (*g*), *Ut nulla reperitur Muſica,* inquit, *quæ voce conſtat una: ita nulla eſt Reſp. quæ non ſit mixta. Ea autem optimè eſt conſtituta, quæ quàm maximè è contrariis eſt temperata. Unde & fit, ut ſola Veneta poſt tot jam annos adhuc canat, & eadem muſicâ utatur, cùm antiquæ omnes ſub iniqua ſervitute ejulent ac gemant. Quod Lyſander magnus Spartanorum Imperator non diſſimulavit, qui cùm muros populi Athenienſis maxima cum voluptate ſolo poſt victoriam æquaret, tibias inflari juſsit: ut qui Muſicam non rectè in civitate ſua temperâſſent, alienam maximo cum dolore & ex merito audirent.*

(*f*) Lipſ. lib 2. c. 1. monit. polit.

(*g*) de Laude Aſini p. 114. 115.

De amplitudine Reip. Venet. vid. *Contarenus* de Magiſtratu Venet. quem autorem laudat *Sleidanus* lib. 14. p. 381. conf. etiam *Thuan* P. 1. hiſt. pag. 1637. in 8. *Larſ* in conſult. p. 876. & ſeq. *Euphorm.* in Satyr. p. 408. nec non *Camerar.* Cent. 2. oper. ſucciſiv. c. 48. per totum p. 190. & ſeqq.

# Applicatio Ad Galliæ Regnum.

I. Princeps hæc & primaria benè conſtitutæ Reip. virtus, quam ſeriam tenendæ *libertatis* curam vocamus, inter Galliæ debitas laudes merito Jure familiam tenet, & primum agmen ducit. Neq; enim aliud libertatis quàm *Gallorum* domicilium eſſe videtur: ſervitute undique pulſa & ad Garamantas relegatâ. Non allegabo peculiare illud *Franciti Imperij* privilegium, cujus vi & virtute *peregrini ſervi, ut primùm*

*Servi libertatem recuperant limites Galliæ ingreſſi.*

*Galliæ*

*Galliæ fines penetraverint, eodem momento liberi fiunt*, quandoquidem quid de re omni habendum ſit, ſufficienter jam diu ante nos *Lanſius* (α) obſervavit ex *Thuano* (β), *Bodino* (γ) aliisque ſcriptoribus bonæ notæ. Nec enumerabo etiam prolixè exantlatos populi hujus labores, in profligandis hoſtibus ſuæ libertatis, infidelibus illis pariter ac conſentientibus in rebus Religionis, quia hoc Hiſtorici munus eſt & de varia fortunæ facie, roborisque Francici incremento, adeoq; diversâ ejus ætate, ſcripſit ad antiquitatis, & *Flori* cumprimis inſtar *le Sieur Bernard de Gilard Seigneur du Haillan.* Illud ſaltem hîc paucis notâſſe juvabit, Gallos effuſiſſimo ſtudio ſectari avitæ libertatis jura, & imperantium tyrannidem proſequi odiô plus quàm Vatiniano. Id quod ad oculum demonſtrant obſtacula illa, quæ *omnipotentiæ Papali* ponunt, & *ambitioni Hiſpanorum*, faſtuoſæ maximè & ventoſiſſimæ nationis. Quorum glorioſas fabulas, accinctum thraſonicum, ac cætera ſuperbiſsimæ conſuetudinis deliria, quæ hos univerſalis Monarchiæ Candidatos* à cæteris mortalibus ſequeſtrant, dici non poteſt, quantum faſtidiant ac averſentur.

II. Audiamus unum vel alterum ex Gallia teſtem: *Motin:*

> *Entre les François,*
> *Ames franches & braves,*
> *Par la loy du pays*
> *on ne voit point d'eſclaves*
> *Tous les ſont de l'amour.*

Quorum verborum hic ſenſus eſt: *In Gallis, pulchris illis*

(α) in Conſult pro Gallia p. 201. & ſeqq

(β) lib. XI. hiſtor.

(γ) lib. 1. de Republ. cap. 3.

*De l'eſtat & ſuccez des affaires de France* liv. 1. p. 3 & 4.

Pierre Matthieu liv. 1. p. 4. Hiſt. *Jamais la France ne fuſt aſſaillie qu' avec la bonte & le regret des aſſaillans. C'eſt une Panthere qui ruine & devore ceux, qui la pour ſuivent pour ſon odeur.*

* *Hiſpanorum hæreditarius character, arrogantia faſtusq; inſignis.*

*Beſold.* Tract. de arte jureq; Belli P. 2. Polit. p. 23 *Nobiles Galli maluerunt bona amittere quàm Anglis obedire.*

*illis & liberis animis ex patriæ lege mancipia non viſuntur. Omnes ſunt ſervi amoris.* Vir illuſtris, Gallicæq́; Nobilitatis incomparabile decus *Jacobus Auguſtus Thuanus* ad Henricum IV. ita verba facit: *Rara Tuorum temporum felicitas eſt, quibus unicuiq́ ſentire, quæ velit, & quæ ſentiat, eloqui licet. Daniel Chamier* (δ): *Naturâ inſitus*, inquit, *Gallis amor in Principes, & charus majeſtatis amor.* Idem jam laudatus *Thuanus* (ε) (inflexô nomine Gallis vocatur le *Sieur de Thou*) ad Amicum ſcribit: *Il eſt difficile, que la liberté Françoiſe ſe puiſſe aſſujettir à l' Inquiſition d' Eſpagne: Difficulter Gallica libertas ſubjici poteſt Hiſpanicæ Inquiſitioni.* Quam patriæ ſuæ virtutem (ζ) alibi etiam juſtis laudibus extollit atque vocat *publicæ ſalutis cœleſte pignus. Balzac* (η), ſcriptor recens, *Theophilo* Poetæ (θ) infeſtus, in decima quarta Epiſt. Gallica ita gloriatur: *Les Eſprits e de France ſont ennemis de toute ſorte de chaiſnes, & douze cens ans de Monarchie ne leur ont peu faire perdre la liberté, qui leur eſt auſſi naturelle que la vie: Gallorum ingenia omnis generis vinculis ac numellis compedibusq́ infeſta ſunt, & quam ante mille & ducentos annos ſibi pararunt libertatem, eam poſſident etiamnum, non infirmiori naturæ inclinatione & affectu, quam quô in ipſius vitæ conſervationem feruntur.*

III. *Le Sieur Honoré D' Urfe ad Regem* (ι): *Nos Peres pour nommer leur Roy auec plus d' honneur & de reſpect ont emprunté des Perſes le mot de Sire, qui ſignifie Dieu, pour faire entendre aux autres nations combien naturellement le François aime, honore & revere ſon Prince, Majores noſtri compellaturi Regem cum digniori ho-*

Sub initium Epiſt. dedicatoriæ quæ operibus hiſtor. præfixa eſt.

(δ) in Panſtrat. Cathol. l. 15. de Tempor. Papæ poteſt. c. 14. p. 324. n. 8.

(ε) Cent. 3. epiſt. Gallic. ad Dominum de la Scale ſeu Scaligerum Epiſt. 85. p. 502.

(ζ) in Epiſt. dedic. ad H. IV.

(η) hic nuper in *Heinſium* aliquid molitus eſt, occaſione ſcribendi in ipſum ridiculâ & per longas ambages arreptâ potius quàm oblatâ, ut ille non ita pridem certiorem fecit *magnum noſtrum Buchnerum.* In *Molinæum* etiam infeliciter expediit ſtilum *Jeſuita quidam Romanus* pro defendenda *Balſacci* exiſtimatione & fama, ut pluribus demonſtravit *Rivetus.*

(θ) vid. literas Gall. Theophili ad Balſaccum.

(ι) in Epiſt. dedic. Part. 1. de l' Aſtree.

 ori ho-

*mi honoris præfatione à Perſis mutuati ſunt vocabulum SIRE(κ), quod Deum ſignificat, ut teſtatum facerent aliis populis, quàm tenerô affectu per naturæ inſtinctum Galli Principem ſuum amet, honoret, revereaturq́;.* Le Sieur *du Haillan (λ): Les Roys de France ſont Tres-chreſtiens non par la grace du Pape, ains pour avoir vivement ſouſtenu la foy Chreſtienne:* h.e. *Galliæ Reges Chriſtianiſſimi ſunt, non per indulgentiam Papæ, verùm quod vivaci impetu contra Paganos & infideles veritatem Chriſtianæ religionis ſartam tectam conſervarunt.* Eſt enim *Galliæ Rex (μ)* primogenitus filius Eccleſiæ, ſtetitq́; ei à longo ſeculorum ductu inviolabilis hæc prærogativa, ut præ omnibus aliis Regibus honoratior ſemper fuerit habitus. Quod ut certum eſt ac poſitum in ipſo veritatis indubitatæ ſole, ita magnâ ſecuritate *Galli* inſuper habebunt & contemnent, quod *Boterus*, Autor Transalpinus ſcribit (ν): *E coſa ridicula quella, che in queſti tempi dicono e ſcrivono alcuni politici Franceſi, che il Rè loro depende immediatemente da Dio, Ridiculum eſſe quod aliquot Gallici Politici ſcribunt in præſens, Regem ſuum immediatè dependere à Deo.* Scilicet non ex *Hildebrandina* Schola prodierunt iſti Franci, ſed priſtinæ dignitatis memores omnibus viribus aſtruunt Regis ac Domini ſui Majeſtatem in ipſius odium Papæ. Non indicta hic nobis abibit *Cottoni* quæſita æquivocatio, quâ utitur in declaratione ſua, *Reges noſtri*, ajens, *in Francia ſunt Eccleſiæ primogeniti.* His ſiquidem verbis Reginæ palpum obtruſit, ſed patet fallacia. In *Francia* Reges dixit, non *Franciæ*. Si *Franciæ* dixiſſet

(ν) lib. 4. P. 11. p. 149. dei Relationi Univerſali.

(κ) Aliter videtur Viro Clar. *D. Linæo*, Fautori noſtro honorando, qui in Epiſt. dedic. ad Joh. Caſimirum lib. 4 de J. P. præmiſſa, *hodiè*, inquit, *Franco Galli Regem ſuum SIRE ab illis mutuato vocab. quibus* Σεὶρ, Σεῖρος, *Sol eſt, nuncupant.* Quod nobis tamen coactum paullò videtur, qui ſalvô aliorum judicio id natales ſuos debere putamus voci *Ebr.* שָׂרָה *Sarah* in qua manifeſta eſt notio *principatus.*

(λ) l. c. p. 468.

* *Rex Galliæ Chriſtianiſſimus.*

(μ) De miraculoſa *Clodovei* converſione qui primus in Gallia Chriſtianus Rex fuit, videndus eſt *Spondanus* in Annal. Eccleſ. part. 1. f. 549 ſub anno Chriſti 499.

Vid. de hoc tit. etiam *Limn.* l. 2. c. 6. de J. P. n. 18. p. 86.

dixiſſet, Regis *Hiſpanorum* verebatur offenſam, quod Regem noſtrum primogenitum aſſerendo (agnoſcis, opinor, verba *liberi Galli* in orat. de nece parricidali Henr. IV. p. 21. quæ habetur in tomo operum *Barclaÿ*) reliquis Chriſtianis Regibus prætuliſſet. In Francia dicens comparationem excludit, & intra Regni fines Regum prærogativam concludit. *O Gallicæ* jecur eloquentiæ, ſed quam *Hiſpanicum* cor obtinet! hæc ille.

IV. Sed de coercita *Pontif. Romani* à *Gallica* libertate impudentia hâc lege dicemus, ut prius, quàm fortitèr eadem faſtui tyrannidíque *Hiſpanorum* cornua obvertat, perpendamus. Nota eſt horum ſeveritas in plectendis iis, qui Papæ ἐντάλματα ac placita adorare nolunt, & vel tantillum concedere videntur in *Lutheranorum* caſtra. Religio, quam tantâ Catholici Zeli ſpecie jactant, ipſis duntaxat inter inſtrumenta ſervituris habetur, & fluctuantibus in male conſuta doctrina *Inquiſitio*, veluti Gorgoneum objicitur caput. De qua legat, qui vult, *Euſebium Captivum*, *Cælÿ ſecundi Carionis*, *&* *Reginaldi Gonſalvÿ* ſcripta, in quibus commenti hujus plusquàm infernalis & Stygia crudelitas detecta eſt. Librum excuſum habes *Heidelbergæ* 1567. apud *Michaelem Schirol* citante doctiſsimo *Riveto*. Qui ipſe non indigna lectu de horribili hoc Iberici Regni arcano profert (ο). Non errabis verò ſi in conſilium ſimul adhibeas, quæ de eadem materia cum literato orbe communicarunt *Thuanus* (π), *Guillaume Baudart* (ϱ), & noſter etiam *Albanus* (σ). Cui illuſtrandæ facit *Sleidanus* (τ) *Joachimus Urſinus* (υ) præterea, nec non alterius *Joachimi Beringÿ* (φ) Tractat9 Germa-

*Inquiſitionis Hiſpanicæ horribile arcanum.*

In cap. 16. Jeſuitæ vapulantis p. 328. (ο) p. 335. adducit Satyricum carmen Jeſuitæ *Petri Ribaldi Peruani & Molinæi* meminit p. 338. 339. 340. &c.

(π) lib. 3. Part. 1. hiſt. p. 135.

(ϱ) T. 1. pag 6 des guerres de Naſſau.

(σ) in Anatom. Papismi c. 22. p. 323. & ſeq.

(τ) lib. 19. p 542.

(υ) in Carnificina Hiſpan. Inquiſit.

(φ) 1611. bey Johann Schönefeldt.

Germanicus, *Ambergæ* excuſus, von der Hiſpaniſchen *Inquiſition* Heimligkeitten. Moroſum hunc inquirendi in diſſentientium fidem morem, fuit, cum nonnulli in *Galliam* cuperent introduci, ij ſcilicet, qui pluris faciunt *Vaticani* cæli Fauonium quàm blandius ſpirantem *Pariſiis Luparæ* auram. Sed quod agitarunt animo, per genium cordatorum meliusque ſentientium non potuerunt præſtare. Unde non minus verè quàm eleganter *Nobilis quidam Polonus Italicæ atq; Ibericæ ſervitutis rigorem*, ait, *tot Catholicarum gentium aſpernata eſt ingenuitas, quamvis ambuſtos triſtibus flammis torres ac fœda ſuppliciorum ſpectacula oſtentet.* Quod de *Gallis* ita ſe habere, ex domeſticis autoribus plus ſatis demonſtrare poſſumus. Et ſanè cùm expedita ipſis à Natura lingua contigerit & os molle ac rotundum, ad exprimenda animi ſenſa, quid attinet vicariô peregrinorum ſermone uti?

in Paneg. Regi ſuo dicato.

*Galli nolunt Inquiſitionis peſtem admittere intra viſcera ſui regni.*

V. Unus ſit nobis omnium inſtar Hiſtoricorum diſertiſsimus *Iean de Serres*, qui dum meminit Inquiſitionis, in hæc verba deſinit: *Ce mot d'Inquiſition ne fait il pas horreur aux perſonnes? Elle eſt neceſſaire aux Eſpagnols, qu' on n' a ſceu par autres moeurs introduire, ny conſerver au Chreſtianiſme, mais la longueur & forme des procedures en eſt horrible, les animoſitez & calomnies des mouchards & delateurs abominable, la priſon en lieu ſouſterrain affreuſe; la queſtion auec les torchelles, garuches, & autres eſpouventables tourmens, la robbe jaune ſans manches, & toute parſemeé de Diables, la mitre, le baillon, la corde, & pour dernier acte de piteuse tragedie le feu, l' ont renduë deteſtable aux*

*En l' inventaire de l' hiſtorie de France de Henry* III. p. 770.

*aux Flamands, excerable aux François: Annon contremiſcant & ſanguinem pene amittant, qui vel ſolum infamis hujus inquiſitionis nomen recordantur. Linquamus hæc ſacra Hiſpanis, qui aliter Chriſtianiſmo initiari nec in data fide potuerunt retineri. Certè ipſius quæſtionis ingenium & tanta miſerabilium actuum varietas horrenda eſt. Accuſantium ac delatorum fœda calumniandi libido, ſacrô quæſitus nomine lictor, ſubterranei carceris ſqualor, fidicularum & tot tormentorum ultra fidem ſtupendus apparatus, lutea tunica absq; manicis, diabolorum figuris undecunq; deſcripta, mitra, epiſtomium, reſtis, ad extremum Tragici hujus ſpectaculi ultimum complementum, ignis, fecerunt illam deteſtandam Flandris, Gallisq; execrandam.* Quæ de *Flandris* hic Gallus ſubjungit, longè veriſsima ſunt. Sicut enim *præcipuum hunc Papatus nervum* in *Neapolin* introducere conati ſunt *Hiſpani*: ita in *Belgium* immittere laborarunt eandem peſtem. Sed *Neapoli* periculoſa propter facti inſolentiam & novitatem concitata ſeditio eſt: & *Maria Belgij Regina* proteſtantibus favens cum *Cæſare fratre* de tollenda Inquiſitione agit, veluti pluribus narrat *Petrus Suavis in hiſtoria Concilij Tridentini*, eleganti illa & digniſsima attentâ lectione.

*Flandri deteſtantur Inquiſitionis tyrannidem.*

p. 454. 304. 317. 07. 304. edit. Francof. a.

VI. Excuſsâ brevitèr Inquiſitionis fœditate, ordinis paritèr ac promiſſorum ratio exigit, ut illos deſignemus limites ac terminos, quos *Gallorum* generoſitas potentiæ Papali conſtituit ac figit. Qua de re nemo nos melius edocere poteſt ac informare quàm celeberrimus Curiæ Præſes *Thuanus*, ita de popularibus

*Galliæ Libertas limites figit omnipotentiæ Papæ.*

ſuis

ſuis narrans; *Galli Pontificem quidem tanquam caput & principem Eccleſiæ agnoſcunt, ſed ita ut S. Decretis & Oecumenicis conciliis tanquam inferior parere teneatur: nihil adverſus regnum ac reges pronunciare, aut contra Curiæ placita, aut in præjudicium Epiſcoporum intra eorum fines detinere valeat.* Idem: *Pontifici addicti ſummam rerum non tenent in Gallia ex legibus*, & *poteſt diſciplina Eccleſiaſtica ſine Pontificis autoritate conſervari.* Eſt aliàs apud adverſarios noſtros in prima religionis parte, *Papam* omnia poſſe, nec ſine hæreſeos infamia aliter ſentire licet illis, qui in ſolidum ab ejus majeſtate pendent. Quippè tribuunt ipſi Gnathones (a) *poteſtatem infinitam*, (b) *plenitudinem de qua omnes accipiunt*, Audit (c) *Leo de tribu Juda, radix Jeſſe, poteſt* omnia quæ *Chriſtus, habet arbitrium cæleſte, imò contra jus divinum ſtatuere poteſt cùm ſit unum conſiſtorium cum Deo, & participet utramq́ naturam cum Chriſto.* Audit *Navarro* (d) *Rex Latinorum*, aliis *Vice-Deus*, utriusq́ poteſtatis Monarcha & quid non? ipſa *Concilia* (e) *Papæ* judicio ſubjiciuntur *à Jeſuitis.* Adde quod nec *Galliæ* Regibus parcunti ſed humeris eorum impudentèr inequitaturi jactant, regnum illorum *Papæ feudum eſſe*, ceu pluribus deducit ſcriptor Gallus *Nicolas Vignier* (f) au Theatre de l'Antechriſt. Quam tamen injuriam, patriæ ſuæ illatam, graviſsimè idem revincit, (g) adducendo prolixum catalogum eorum *Regum*, qui Papæ fortitèr reſtiterunt, eumq́; pro Antichriſto habuerunt. Sicut & objicit Romanenſibus illuſtriſsimorum Virorum qrerelas (h) de *inſolentia Pontificum*, item *Notables oppoſitions* (i) *du Clergé de*

*Fran-*

lib. 37. hiſt. p. 373.
P. 1. p. 1037.
ib. p. 34. lib. 1.
*Pontificum Rom. tituli ac laudes.*
(a) *Rivet. in Summ.* Controv. P. 1 p 316.
(b) id pag. 327.
(c) ibid.
(d) id p 557. in Epiſt. dedic ad Greg. X II. manual. Confeſſ.
(e) id *Riv.* l. c. p. 334. & 336. vid. & Hiſt. Conc. Trid. de Pio IV. p. 768. 689. &c. nec non *Thuan. contin.* p. 266.
(f) Part. 2. Chap. 21. m 7.
(g) ib. Chap. 22. m. 2.
(h) Chap 27. l. 2.
(i) Chap. 29. m. 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689759-p0024-5

*France, de la Nobleſſe & des Rois meſmes contre les violences & extorſions des Papes.* Nempè non deſunt Gallis arma, quæ Italiæ furori opponant. In quibus validiora cæteris ſunt *Gallicanæ* Eccleſiæ auita libertas (*k*), cujus fundamentum *Thuanus* (*l*) recenſet & *ſanctio Pragmatica, fundamentum Gallicæ libertatis* (*m*), *ac Palladium, magno Gallicæ gentis decoro cultum* (*n*) eodem *Thuano* teſte. Cujus originem, contenta & vigorem ut hîc multis repetamus poſt tot graviſsimos autores, qui de ea egerunt, nihil ſanè neceſſe eſt.

(*k*) vid *Traicté des libertez de l' Egliſe Gallicane imprimé à Paris* 1608.

(*l*) lib. 137. p. 1235. & l. 93. p. 551.

*Sanctio Pragmatica.*

(*m*) lib. 8. p. 376.

(*n*) ibid. conf *Sleid.* lib 22. p. 657. in 8. ed. Francof. 1610.

*Gallorum in ſcribendo libertas.*

VII. Cæterùm referimus huc liberas Gallorum voces & proteſtationes, in quibus aulæ Romanæ vitia & corruptiſsimos mores propriâ ſibi παῤῥησίᾳ taxant ac reprehendunt. *Philippus ille Pulcher* infra iram ſuam duxit Vaticana fulmina, & *Sciat Tua maxima fatuitas, Bonifacio* regeſsit, *in temporalibus nos alicui non ſubeſſe: ſecus credentes fatuos reputamus ac dementes. Succeſſores verò ejus* (verba ſunt *Chamieri*) *etiam hodiè conſtantèr ſuam majeſtatem tuentur nullius arbitrio ſuppoſitam. Nec patiuntur aut ulla diplomata Curiæ Rom. publicari, niſi prius viſa & examinata: additóq; ſuo conſenſu. Imò neq; Legatos à latere, ullâ autoritate ſua rem gerere, niſi acceptâ veniâ, mandatis priùs communicatis cùm Procuratore fiſci confirmatisq; à Senatu. Hoc vide prolixius apud Vignierum in Epitome hiſtoriæ Eccleſiæ circa annum M CCCC LXXX.* Multa hujus libertatis veſtigia legimus & notas in ſcriptoribus *Gallis* & patriæ libertatis amantibus viris, quas omnes ſi proferre vellem, non unius horæ, ſed verò diei integri aqua poſtulanda eſſet. Quare in illarum enumeratione

loco ſuperius citato

tione non ſectabimur luxuriem verborum, paucis quæ ſummam continent rerum, contenti. Notum eſt omnibus ut *Galliæ* Rex contra *Concilij Tridentini* promulgationem *(o)* proteſtatus ſit, ſtudiô tuendorum privilegiorum incitatus. Nec ſubſcribent unquam illius rigori aut ſubjicient ſe, quotquot *Gallici* nominis decus hodiè ſincere amant & fidelitèr cuſtodire ſtudent. Non eruditos etiam fugere poteſt *quod concilium Papæ prætulit Sorbona (p)*. *Guilielmus* inſuper *Barclajus*, Regius in Ponte-Muſſana Galliæ Academia Profeſſor, graviſsimis *de Regno & Regis inſtitutione, deq; poteſtate Pontificis adverſus Card. Bellarminum*, altioris & erectioris ingenii ſpiritu editis, admodum inclaruit, illisque ſibi poſteritatem arctè devinxit obligavitque. Famam deinde patris ſuſtinuit & in majus extulit non degener filius *Johannes*, nimis infeſtus importunæ illi Monachorum & Jeſuitarum Philoſophiæ, quæ ſyllogiſmis jejunis Regum ſceptra laceſſere & faſces evertere hactenus conſuevit. In *hiſtoria Concilij Tridentini* multa paſsim videas ingenuitatis *Gallicæ* documenta, puta quod *Bellajus (q) Epiſcopus Pariſienſis nullam cleri in temporalibus poteſtatem agnoſcit*, quod *Ferrerius (r) Orator Gallus orationes ſatis pungentes habuit in Romanos*, quod *fulmen Papale (s) ab ipſis Catholicis neglectum*, quod *Jacobus Amiotus Abbas Bellolanus Regis Galli in ſynodo orator contra eam proteſtatur (t)*; item quod *Lanſacus Papam ſollicitat (u) de moderatione in re religionis adhibenda*, ſimilitèr quod plures conjunctis viribus ac linguis *Pontificem Simoniæ* inſimulant *(x)* *Cardinalibusq;* præfractis acutè reſpondent *(y)*, cumprimis

*(o) Jean de Serres* en l'Inventaire de l'hiſtoire de França de Charles IX. p. 664. 665. & de Henry III. p. 770. *Thuan* P. 1. p 372. lib. 8. item *Thuan. Contin.* pag. 460. &c.

*(p) Rivet.* in Summa Controv. P. 1. p. 271.

*Barclajus.* Libri in unum collecti editi ſunt Hanoviæ in 8. 1612.

Vid. partem ult. operum *Goldaſti.*

*(q)* pag. 560.

*(r)* p. 707. 741. 817. 862. & ſeq.

*(s)* p. 95.

*(t)* p. 356.

*(u)* p. 536.

*(x)* p. 676.

*(y)* p. 516.

primis verò quod *Lotharingius Cardinalis in abuſus curiæ Rom. liberrimè invehitur*,(z) *Conciliumq́; ſupra Papam eſſe tuetur* (a). Imò verò quod *Verdunus Sorboniſta* omnem *Papæ* in divinis diſpenſandis autoritatem negat (b), & ſi quæ alibi in eodem autore ad rem hanc facientia occurrunt.

(z) p. 789.
(a) 804.
(b) 773. & 802.

VIII. Accedit quod nec *Cardinales Galli* creari poſſunt ſine ſuffragio Regis & conſenſu, ſicut teſtatum reliquit nobis *Oſſatus*, ipſe *Cardinalis* famoſus & benè meritus de *Francica* corona in *Italia* Miniſter. Porrò non operam ludet qui in partes hîc etiam vocabit *Tuſſani Burcheti* tractatum de Gregorij XIV. Bullis excommunicationum in Henricum IV. exploſis, ejusque in Eccleſiam & regnum minis, è Francorum majorum exemplis in rebus iisdem repetitum. Rurſus æternâ laude digna eſt *Curiæ Pariſienſis* prudentia, quâ ſententia *Thomæ Blaurij*, Doctoris Sorbonici de immenſa Petri ſucceſſorum poteſtate obelô notata & publicâ autoritate reprobata eſt. Ejusdem ſubiit cenſuram liber *Edmondi Richerij*, Academiæ Syndici, de poteſtate Eccleſiaſtica & Politica, item *Schoppij* ſcriptum Veneris marito conſecratum. Extant etiam acta congregatæ *Sorbonæ* contra librum *Becani*, cui titulus: *La controverſe d'Angleterre de la puiſſançe du Roy & du Pape.* Ejusdem curiæ vigilantiæ dandum eſt poſt vigilem providentiæ Divinæ oculum, quod *Papæ*, qui aliàs oculos ſemper in Galliam fixos habent, videntes, num quocunque modo ipſius vires frangere, priſtinæque libertatis jura imminuere poſsint, in præjudicium coronæ nihil ten-

Cardinal D'oſſat Part. 1. des lettres p. 230. *Cardinaux François ne ſe doivent faire ſans le conſentement du Roy.*

edit. Francof. 1601.

*Libri Pariſiis prohibiti & combuſti.*

D. 19. Julij 1595. refert *Serres* l. c. p. 1173.

pag. 1197.

1196.

*Pontifices ſtudent frangere vires Francici Regni.*

ibid.

Id. *Serres* l. c. de Philippes Auguſte hiſt. p. 123. & *Guicciardini* p. 250. *Diſegni del Papa per abbaſſar la poſſanza Franceſe.*

tentare aut efficere poſſint. Neq; enim omnes *Pontificibus* blandiuntur, & palpum faciunt in Gallia, qui aliàs *Clericorum* quorundam & *Canoniſtarum* gratis verborum incantamentis ac illecebris, ſuâ ſponte ad gloriam graſſantes, velut novis ambitionum facibus accenſi fuêre. Sunt qui ſcapham ſcapham vocant,& in deplorandam illam morum anomaliam in aulam Rom. epiſcopi invectam, gravitèr invehuntur. Eſt qui probat aliquando licitum eſſe contra *Papam* bellũ gerere, cùm ſæpè ex *Vicario* Chriſti degeneret in *injuſtum Irruptorem & Tyrannum.* Neq; enim novum eſſe, ſi zelum pro ſalute animarum curanda affectus terræ corrumpant. Alij liberâ manu tangunt ulcera hujus Paſtoris, quæ paraſiti diſſimulant & tegunt. Qui nempe ollas Romanas lambunt, & ex tanti Patris culina ſplendidas epulas captant.

*Silhon.* lib. 2. c. 15. en ſon miniſtre d' Eſtat & *Michel Baudier* Gentilhomme de Languedoc, conſeilleur & Hiſtoriographe de ſa Majeſté en la prefaçe de l' hiſtorie de l' adminiſtration du Cardinal d' Amboiſe. *Relation de l' eſtat de la Religion &c. 1626. à Geneve.*

*Diverſarum partium ſtudia in Gallis.*

IX. Quâ occaſione non poſſumus quin varia factionum nomina in Franciæ regno ex *Equite Anglo Eduvino Sandiſio* levi ſaltem brachio attingamus, eò quod inde facile ſit conjectu, quousque in florentiſsimo illo Regno ſe Pontificum Rom. poteſtas extendat. Scripſit is librum *Anglice* primùm, ſed in Gallicum poſtea ſermonem transfuſum, & notis cujusdam Doctoris Genevenſis (quem *Theodatum* eſſe hariolamur) veſtitum, *de ſtatu Religionis*, in quo multa certè non vulgaria aut trita conſignata leguntur, digna omninò quæ cum *Germanis* noſtris communicentur. Niſi alius præveneri nos, ipſi otium nacti verſionem ejus adornabimus, bono cum Deo. Is ergò poſtquam de Reformatæ Religioni addictis egiſſet, aggreditur recenſere

Chap. 36. p. 240. &c.

diver

diverſas partes ipſorum Pontificiorum in Gallia, qui tamen unanimi conſenſu videntur incautis conſpirare in perniciem *Calviniſtarum*, quos nomine ad odium compoſitô etiam *Hugenottos* & *Parpaillottos* vocant. In *fronte* ponit magnam illorum manum, qui ex animo *Proteſtantibꝰ* favent, nec multitudini hærent, niſi quatenus id ſibi conducibile vident ac profuturum. Hi prout ex alto ventus flat, ita vela vertunt, & religionis mantile variant pro tempeſtatum diverſitate*. Sicut experientiâ comprobatū eſt tempore *Henrici IV.* cùm à patriis ſacris nondum abiiſſet. *Deinde* non omnes, qui miſſas frequentant, Papæ propterea ſtudent. Cujꝰ diſſenſionis cauſa eſt Eccleſiæ *Gallicanæ* & *Romanæ* diverſitas in obſervandis ritibus ac ceremoniis. Qua de re ſupra expoſitum eſt à nobis. Sunt *inſuper* alii, qui ſe in veræ Eccleſiæ gremio foveri perſuaſi, concedunt nihilominus & largiuntur, multis ipſam errorum tenebris involvi, non in *vita* minus quàm in *doctrina*. Imò pro certo habent, *Papam eſſe AntiChriſtum*, & filium illum perditionis, qui plusquàm humanos ſibi titulos arroget ac honores. Hæc opinio & ſententia adeò recepta eſt, ut maxima litteratorum pars illi plaudat ſubſcribatque. Quô nomine *Hildebrandinæ* diſciplinæ alumni eos graviori quàm omnes alias ſectas odio proſequuntur, ſæpè faſſi, Juriſconſultos hàc doctrinâ maximè imbutos eſſe. Unde & injurioſô nomine eos gravant, vocantque *Catholicos Parlamentarios*. Hi licet Proteſtantes non ament, ut funditus tamen tollantur, nunquam permittent, quod utiles ſint & neceſſarii ad ſervandum

Unde *Hugenotti* nomen ſortiti ſint exp. *Thuan.* P. I hiſt. l. 24. & ſcriptor Gallus *Pasquier* T. 1 des lettres l. 4. p. 181. & 184. In Belgio dicuntur *Geuſij* h. e. mendici ab inſignibꝰ, quæ geſtabant *Thuan.* l. 40. p. 746. & *Baudart* es guerres de Naſſau p. 8. P. 1. * Hoc vocant Galli: Tourner la caſaque.

*Catholics Parlamentaires.*

 æqui-

Autor eos ſignificanti vocab. appellat les *Royaliſtes*.

æquilibrium *Romanæ* curiæ ambitioni opponendum. Alios adhuc videre licet, *Regiæ* nempè majeſtatis hyperaſpiſtas & *patronos*, qui debitum quidem in *Caluini* diſcipulos odium profitentur, ſed non minori zelô obliqua illa & Machiavelliſtica Romanenſium politicorum ſophiſmata & conſilia deteſtantur, quibus factum, ut bellorum civilium furiis ille florentiſsimus Europæ paradiſus miſerè ſit devaſtatus. Nempè experimento didicerunt *Religionis* res magnatibus tantùm pro velo eſſe, quô pallient impotentiam ambitionis ſuæ. Hi viri, quorum maximam & copioſiſſimam hoc tempore licet metere meſſem, nunquam autores erunt Regi, ut uni parti ſe adjungat, interea dum ſingulis nôrit ex æquo dominari. Sed omnibus ſupra dictis anuumerari adhuc poſſunt homines, prudentià *politicâ* varioque rerum mundanarum uſu *præſtantes*, qui per tolerantiæ leges ſibi minimè integrum eſſe putant, eos ob hanc diſſentiendi libertatem ſejungere, quos vincula divini amoris & conſenſus in fidei Catholicæ ſumma, nec non honeſtatis virtutisq; in conſuetudine vitæ ſibi invicẽ copularunt arcteq; conſtrinxerunt. Quin potius has contentiones pallio *charitatis* tegunt, publicæq; paci ac tranquillitati condonant, quò ſingula referunt etiam ac diſponunt. Agmen claudunt *Papiſtæ Zelotæ*, *à Liga* nomen ſortiti, qui capitales quondam & jurati Hugenottorum hoſtes fuerunt, ſummis viribus ſubnixi, ſed poteſtate paritèr ac auſis ſuis jam pridem exciderunt, & cordatioribus nil niſi ludibrium debent, utique poſtquam larva ipſis detracta ac diſſimulata verſutia detecta:

*Les hommes Moraux.*

*Les Ligueurs.*

ſecta fuit. Hæc ex laudato libello huc placuit transferre, quod ad præſentis materiæ illuſtrationem non parum facere nobis ſunt viſa. De cætero Papa *Urbanus Octavus*, qui jam ſacri Imperii præfectus ſummus audit, *Regi Galliæ* quàm maximè favet, adeoq; *Chriſtianiſſimus* eſt, ut per libellum licentèr *Romæ* ſparſum ante annos aliquot vocatus fuit, quatenus ſcilicet Chriſtianum eſſe idem notat, ac *Francico* Regno impensè addictum eſſe atq; ſtudere.

*Pasquill. Rom. Eſtne Papa Chriſtianus? Reſp. Imò Chriſtianiſſimus.*

# Positio Secunda.

## *Ab amœnis ac ſuavibus incolarum moribus, obviâ peregrinis humanitate, & in illos effuſa benevolentia & hoſpitalitate prolixa jure merito Reſp. laudatur.*

## EXPLICATIO.

I. Qui ſplendorem diei multis rationum momentis oſtendere conantur, non levem injuriam faciunt & lectori & cauſæ & ſibi quoq;. *Lectori* tanquam cæco & oculis capto; *cauſæ* tanquam ancipiti dubiæq; *ſibi* denique quaſi ex profeſſo ineptis. Eadem ergò ratio me prohibet aſſertionis allatæ fundamenta anxiè conquirere, cùm illius veritas meliùs pro ſe loquatur, & nativô fulgore omnium oculorum aciem præſtringat. Sanè cùm *homines* à *natura ad ſocietatem civilem facti ſimus*, ut *Ariſtoteles* alibi demon-

*Ineptum eſt probare res manifeſtas laborioſè.*

Cicero lib. 1. offic. *Liberalitate ac humanitate nihil eſt humanæ Naturæ accommodatius.*

monſtrat, & ab *hominibus* illa, quam extollimus virtus, *humanitas* ſibi nomen repetat, ſequitur evidentèr, hôc beatius in conſuetudine quotidiana vivere nos, quò enixius commodis moribus, & amabili illî officiorum facilitati incumbimus. Quam tùm potiſsimum ſibi curæ eſſe ſubditi faciunt teſtatum, cum ſub Principe vel magiſtratu vivunt in egenos miti, benigno, & liberali. Sicut ſemper ad capitis ſui exemplum populus per tacitum veluti conſenſum mores componit. *Regis* eſt, ut cum *Polybio* loquamur, *benefaciendo univerſis, ſponte ſubditos ſubjectos habere, eosq́; cum liberalitate & clementia regere, & in mutua cum ſubditis benevolentia ſemper vivere.* Hinc laude digna cenſetur *Cyri* clementia & benignitas. Nunquam irâ in transverſum rapitur in totius hiſtoriæ contextu. Non ambitionis facibus accenſum animum circumtulit aut geſsit, quin potius ultrò ceſſit *Cyaxari*, nunquam ſe effusè lætatum eſſe teſtatus. Nec parcius deprædicanda eſt *Auguſti Impatoris* comitas, qui tantâ humanitate adeuntium deſideria excepit, ut quendam feſtivè increpuerit, quod ſic *libellum ſupplicem illi porrigeret, quaſi elephanto ſtipem.* Hâc virtute, ad quam *Hoſpitalitas* quoque pertinet in exules & peregrinos, longè efficacius ad ſui amorem ſubditos alliciet Patriæ pater, qnàm ullus magnes attrahit ferrum. Ita, ut ex recentiori temporum memoriâ unum ſaltem exemplum addamus, *Jacobus* V. Scotorum Rex, *Rex egentium* cognominatus, omnes ſui temporis Principes benignitate vicit; majores tamen ſuos opum magnitudine ſuperavit, longoq́; poſt ſe intervallo reliquit.

lib. 5.

*Munificentiæ ac Hoſpitalitatis Regiæ exempla.*

*Broncborſt in not. ad aph. Pol. Dan p. 210.*

*Macrobius* in Saturnal.

*Keckerm.* diſp. 3. Curſus Philoſ. p. 1277. n 20.

conf. *Franciſcum Patricium Senenſem* in lib. 8. Tit. 13. de Regno & Regis Inſtitutione.

II. Nos

II. Nos *Germanos* quod attinet, ex *Cæſaris* commentariis patet, hujus virtutis ſtudium maximè majoribus noſtris cordi fuiſſe. Sic etenim de illis refert: *Non modo violare hoſpites nefas eſſe putaverunt, verùm quaq; de cauſa ad eos venerint, ab omni injuriâ prohibebant, ſanctos, intactos inviolatosq; eſſe volebant. Illis etiam omnium civium ædes patebant, victumq; gratô animo communicabant.* Hodiè elangueſcere videtur & frigere ille ardor non in illis ſolùm, qui ſecularibus negotiis præfecti ſunt, ſed in aliis etiam, qui curis cælo affixis cæteris laudati exempli facem præferre debebant. Adeò ut in hoc votum erumpat *Jeſuita Adamus à Conzen: Utinam nunc in Clero ea ſit* φιλοξενία, *quæ olim in Laicis fuit! Carolus, Rex Sueonum, ejus, qui ter hoſpitium negâſſet, domum incendi juſſit* (*a*). *Neq; dubito, quin multæ prælatorum domus, multa monaſteria in flammas abierint, quia adulatoribus, non hoſpitibus patuerunt.* Hæc ille. Aurea eſt *Agapeti* gemmeaq; ſententia (*b*) ad *Juſtinianum* Imperatorem: *Veſtimentum non veteraſcens eſt beneficentiæ amictus & incorrupta ſtola eſt erga pauperes. Eum igitur oportet, qui piè regnare vult, talium indumentorum pulchritudine animam exornare: amoris enim in egenos, qui indutus eſt purpuram, cæleſtis quoq; regni compos efficitur.* Atq; hoc reſpexit fortè immortalis gloriæ Rex *Guſtaphus Adolphus*, cùm ante annos aliquot fugitivis, dulcibus patriæ finibus ob diverſitatem ſacrorum expulſis, hoſpitales obtulit lares, illorumq; iras poſtea, una cum ipſo oceano in Imperium noſtrum, propriâ ſibi & incomparabili calamitate præ aliis terris nobilitatum, effudit.

*Germanorum veterum laus.*

lib. 6. Comment. de Bell. Gall.

*Parſimonia Clericorum perſtricta.*

lib. 6. Polit. c. 10. m. 10. p. 362.

(*a*) Johannes Magirus lib. 4. c. 4.

(*b*) Lorinus in Pſal. 149. v. 5. p. 965. lit. H.

*Factum prudens Regis Guſtavi Adolphi.*

DIGRES-

# DIGRESSIO AD GALLOS.

*Gallorum humanitas.*

I. Et hanc meretur laudem *Francorum* gens, ut cæteris populis humanitatis ac benevolentiæ in peregrinos palmam ſi non intervertat præripiatque, dubiam tamen ad minimum faciat & ancipitem. Elegantiſsimi profectò ſunt animorum artifices, nec ullum facilè aditu excludunt, niſi qui vitæ morumq; infamiâ ad illos oculorum blandè vibrantium ictus ac nutus malâ fide durat. *Corydones* excipio *ac Romuli fæcem* quæ ubivis terrarum inſulſis ac inconditis moribus eſt. Cæterùm quò quisq; ſublimiorem in vita civili obtinet locum, quoq; eruditior eſt & ad ſocietatem hominum factus magis, hôc evidentiora humanitatis in peregrinos, *Germanos* cumprimis, ſpecimina edit ac documenta. Ipſorum *regum* ſtupendam benignitatem Hiſtoriarum produnt annales. *Roberti Regis Capeti filii* (c), teſte *Bodino*, benignitas in egentes ſemper clariſsima extitit, quippè qui mille pauperes humaniſsimè fovit. *Ludovicus* in Aſiam usque eleemoſynas miſit (d), ac XXVIII. collegia fundavit, nec non CXX. pauperes eodem victu, quo ipſe uſus, aluit (e). *Clodegildis Regina* manu & labore pauperibus miniſtravit, (f) & *Corolus Navarræ* Rex etiam æger ſordidis ac miſeris ſervivit (g). Nec minus à munificentia laudat *Franciſcum Bodinus* (h), ut aliorum hîc virtutes ſilentiô veneremur, ſtudio brevitatis, quantum in materia fæcunda fieri poteſt, intenti. *Pariſienſium* quoque iuſtitutum laudabile eſt, ubi eodem *Bodinô* autore, præter noſocomium maximum, quatuor

*Gallicorum Regum beneficentia.*

(c) *Keckerm.* l. cit. p. 1277. n. 20. & Danæus l. alleg p. 742.

(d) *Contzen* in Daniel. p. 365.

(e) *Danæus* p. 743.

(f) *Contzen.* l. c.

(g) Idem ibidem.

(h) lib. 6. de Rep. c. 2. Vid. *Beſold.* P. 2. oper. pol. c. 2. de ærario p. 37.

quatuor ſunt dictincta collegia pauperum(*i*)ut iis notum eſt qui commorati ſunt illic.

(*i*) *Keckerm.* l. c.

II. Sed operæ pretium erit ipſos *Gallos*, proprios domeſticarum ac patriarum virtutum teſtes in theatrum produxiſſe atque lucem. *Autor* (*k*) *libri de Viro honeſto: De la cortesia de los grandes en nueſtra corte y de la cuenta que hazen de la gente honrrade: conviene dezir altamente, que nueſtra Corte tiene eſta ventaya mas que todas las del mundo, que un hombre honeſto, aunque fueſſe naſcido de lugar baxo, por no oſar allegarſe à los Grandes ſi no con ſumiſsiones de eſclavo, ſi es que una vez les puede hazer conocer lo que vale, lo vera, à l' embidia los unos de los otros, tomar plazer à levantarlo haſta ſu familiar converſation. En effecto no ay muchos de nueſtros Principes mesmes, que ſe retengan tan juſtos en el alto punto de ſu lugar y orden, que ſi una perſona à hecho ſu appellido famoſo por alguna excelente partida, no hagan gloria de caricarlo &c.* Hæc ita Latinè loqui docemus: *Magnatum in aula noſtra humanitatem quod attinet, & honorem illum, quem viris honeſtis deferunt, ſonorâ voce dicendum eſt, in hoc aulam noſtram omnes in univerſum, quas orbes continet in ſe, ſuperare longè, quod vir præſtans virtute, ſi vel maximè adeo obſcuris natalibus ſit, ut non niſi ad ultimi mancipij inſtar auderet convenire purpuratos, modò ſemel, in quod valeat, demonſtrârit, videbit ſtatim cum ſtupore, ut unus alterius æmulatione accenſus novi ac peregrini hominis virtutes in amplexum familiarem ſit admiſſurus. Sanè pauci ex Principibus noſtris tàm accuratam & ſcrupuloſam faſtigij dignitatisq́ rationem habent,*

(*k*) *le Sieur Faret* p. 148. *Traduit en Eſpagnol par Dom AMBROSIO DE SALAZAR Secretaire Interprete du Roy en la langue Eſpagnole à Paris 1634.*

 *ut ſi*

*ut ſi quis nomen ſuum excellenti aliquâ virtute nobilitârit, dedecori ſibi ducant aut probro amare eum ac intimè complecti.* Barclajus in Icone Animorum *nunquam orbis dignas gratias*, inquit, *hoſpitali Galliæ habebit, quæ humanitatis templum videtur aperire, quò ſe omnium externorum fortuna conjiciat. Animum in hominibus, non patriam æſtimant. Neq; communi cæterarum regionum errore in inquilinis ac advenis naſcendi ſortem punit. Ita candido ſimplicią; amore virtutis eximios viros, undiquaq; prodierint, ſine invidia miratur, & ſuâ opulentiâ gaudet augeri; & in tantæ humanitatis præmium habet publicam primum laudem, tùm etiam hoſpitum fortunam ac famam, qui Gallico corpori non indignâ aut inutili adoptione inſerti ſunt. Neq; illic hoſpitibus dediſcendi ſunt patriæ ſuæ mores, aut ad Gallicam ſimilitudinem flectendi, dum ſuperbia abſit aut inculta barbaries. Quippè ipsâ veluti profeſſione exteri moris ſollicitabis curioſæ gentis ſtudia, ſimplicius peregrina quàm ſua æſtimantis: & quædam vitæ aut corporis vitia, ſi modò aliunde advehantur, trahentis in laudem. Nam & peregrini hominis eloquentiam vidimus crebrò linguæ errore favorem meruiſſe, & grandis opinionem ſcientiæ, quod non intelligeretur.*

*Galliæ hoſpitalitas.* cap. 3. p. 487.

III. *D' Urfe: La douceur & la courtoiſie ont des liens tres-forts, & des chaiſnes presq; inevitables pour s' aſſervir les coeurs les plus nobles & les plus genereux: Humanitas & dulcis vitæ conſuetudo validiſſima vincula & adamantinas ferè catenas nobiliſſimis quibusq; mentibus injiciunt, easq; ſibi devinciunt ac obſtringunt.* Huc pertinet quod amici, affines ac cognati ſalutaturi ſe

P. 4 l. xi de l' Aſtree p. 1147.

*Oſculorum amana pariter ac copioſa in Francorum gente ſeges ac meſſis.*

ſe invicem in *oſculum* familiaritèr invadunt, & patriæ humanitatis verbis blandiſsimè certant. Id quod *autor Tuſculus* in iis ſummoperè laudat. *Guatzium* intelligo, qui de moris hujus amænitate ita ſcribit: *Gli Françeſi liberali di ſalute s' honorano col bacio, & le donne particularemente col baçio della bocca, il che fanno con tanta honeſtà, quanto è difficile à credere all' altre nationi.* De quo ritu non pigrabor aſcribere *Henrici Stephani* verba, qui in Apologia pro Herodoto in hæc deſinit; *Romanas quidem mulieres à judice non minùs ſi vinum bibiſſent, quàm ſi adulterium admiſiſſent, multari ſolitas M. Cato refert. Nunc apud nos nulli mulieri, cujuscunq; conditionis ſit, probro eſt vini uſus: & tamen morem illum oſculandi obvios ſibi propinquos nobiles fœminæ apud nos retinuerunt, (& auxerunt etiam) ob quem Romanis mulieribus vinum interdicebatur, ne videlicet cum oſculo vinoſum halitum olfaciendum præberent. Vel potiùs (ſi quibusdam credimus) non ob oſculandi conſuetudinem vini uſus lege vetabatur, ſed ad deprehendendum, an legem illam violaſſent, oſculi uſus inſtitutus erat. Huc usq;* doctiſſimus ille Gallus in laudata *apologia*, in quam cum nuper forte incideremus, multa offendimus ad explicandos *Gallorum* patrios mores ritusq; hæreditarios maximè appoſita & oportuna. Claudat & obſignet poſitionem ſecundam feſtivum ac elegans *Eraſmi* colloquium, in quo diverſitatem hoſpitiorum in *Gallia* atq; in *Germania* prolixè, ſed venuſtè tamen deſcribit. Ibi ſemper ad menſam aſtat mulier aliqua, quæ convivium exhilaret facetiis ac leporibus. Ibi mira eſt formarum

Dial. dell' honore Univerſale p. 236.

p. 41.

*Gallorum hoſpitum humanitas prolixa.* In diverſor. p. 167. edit Amſtelrod. 1629.

felicitas. Primum adit *materfamilias*, quæ ſalutat, jubens hoſpites hilares eſſe, & quod apponatur, boni conſulere. Huic ſuccedit *filia*, mulier elegans, moribus ac linguis adeò feſtivis, ut poſsit vel ipſum Catonem exhilarare. Nec confabulantur ut cum hoſpitibus ignotis, ſed veluti cum olim notis ac familiaribus. Et quoniam illæ, quod ſint obeunda munera domeſtica, non poſſunt adeſſe perpetuò, reliquique convivæ conſalutandi, continentèr aſtat *puellula*, ad omnes jocos inſtructa, quæ una par eſt omnium jaculis excipiendis. Hæc ſuſtinet fabulam, donec filia redeat. Nam mater plerunque natu grandior eſt. De cætero, quia fabulis non expletur venter, præſtò eſt *apparatus* lautus, ut meritò mireris, illos tàm vili poſſe accipere hoſpites. Rurſus peractò convivio, lepidis *ſermonibus* alunt hominem, ne quid tædii obrepat. In *cubiculis* etiam nusquam non adſunt aliquot puellæ, ultro rogantes, num quid adſit veſtium ſordidarum? Quid multis? Nihil illic vident hoſpites præter puellas ac mulieres, niſi in ſtabulo: quanquam & huc frequentèr irrumpunt. Abeuntes ad ultimum *complectuntur*, tantoque affectu dimittunt, ac ſi fratres eſſent omnes, aut propinquæ cognationis. In *Germania* contra longè alia rerum omnium facies eſt. Advenientem nemo ſalutat, ne videantur hoſpites ambire. Id enim ſordidum ac abjectum exiſtimant, & indignum *Germanicâ* ſeveritate. Ubi diu inclamaveris, tandem aliquis per feneſtellam æſtuarii profert caput, non alitèr quàm è teſta proſpicit teſtudo. Is rogandus eſt, an liceat illic diverſari? Si non renuit, intelligis

*Germanorum contraria moroſitas.*

dari

dari locum. Rogantibus ubi ſit ſtabulum, motâ manu commonſtrat. Illic licet tibi tuum equum tractare tuô more. Nullus enim famulus manum admovet. Si quid cauſeris, ſtatim audis: *Si non placet, quære aliud diverſorium.* Ubi conſultum eſt equo, totus commigras in hypocauſtum, cum ocreis, ſarcinis, luto, id eſt unum omnibus commune. Apud *Gallos* deſignant cubicula ubi ſeſe exuant, extergant, calefaciant, aut quieſcant etiam, ſi libeat. Hîc nihil tale. In hypocauſto exuis ocreas, induis calceos, mutas, ſi voles, induſium, ipſe te admoves, ut ſicceris. Eſt & *aqua* parata, ſi libeat lavare manus, ſed ita munda plerunque, ut tibi poſt alia quærenda ſit aqua, quâ lotionem eam abluas. Nihil interea cibi apparatur, niſi videant omnes, ut eâdem opera ſingulis miniſtretur. Itaque frequenter in idem aſtuarium convenit magna hominum vis: pedites, equites, negotiatores, nautæ, aurigæ, agricolæ, pueri, fæminæ, ſani, ægroti. Iſtic verè cænobium eſt. Alius ibi pectit caput, alius abſtergit ſudorem, alius repurgat perones, aut ocreas, alius eructat allium. Quid multis? Ibi linguarum ac perſonarum non minor eſt confuſio, quàm olim in turri *Babel.* Porro hæc apud illos præcipua pars eſt bonæ tractationis, ſi ſudore diffluant omnes. Si quis non aſſuetus vapori, aperiat rimam feneſtræ, ne præfocetur, protinus audit: claude. Si reſpondeas, non fero, audis: quære igitur aliud diverſorum; omitto jam ructus alliatos, & ventris flatum, halitusque putres, multi ſunt, qui morbis occultis laborant, nec ullus morbus non habet ſuum contagium &c. Hæc

 ipſius

ipſius ferè *Eraſmi* verbis hîc placuit proferre, eo quidem magis, quò ſuavius refricant memoriam in *Gallia* nobis exhibitæ *benevolentiæ ac hoſpitalitatis*. Quanquam multa hîc amiſimus, quæ curioſus lector in allegato loco fuſiùs deſcripta animadvertet. Cum quibus ſi conjungat, quæ de *Germanorum* convivio in *Imperatoris aulam ductus Euphormio* ſalsè ac ſatyricè exponit, affatim habebit unde Deo riſui litet Nec crocô ad dilatandum cor indigebit. jam ſequitur

p. 375. 376. 377.

# ASSERTIO TERTIA.

## *Non minor eſt virtus quàm quærere parta tueri*

## ELABORATIO.

Alta *capere* generoſi ac magnanimi eſt, *aſſequi* ac impetrare, felicis, *tueri* autem probè ac conſervare quæ occupaveris, conſummatæ prudentiæ apex eſt & culmen. Quis ignorat ex *Floro, plus & difficiliq eſſe, provinciã retinere quàm facere viribus parantur, ſed jure retinentur*. In acquirendo poſſidentis ſocordia plus ſæpè confert, quam virtus adorientis. Cæterùm tenere quæſita ſine propria virtute nemo poteſt. Eleganter Hiſtoricorum Siren, *Curtius*, *quàm expeditius*, inquit, *manus noſtræ rapiunt*, *quàm continent*. Quod *Galli* ſimili formulâ efferre amant: *Qui beaucoup embraſſe, mal eſtreint*. Nec non *Itali*: *Chi troppo embracciar vuole nulla ſtringe, & chi due lepri caccia, una non piglia e l' altra laſcia*. *Quod ſi Regum atq; Imperatorum animi virtus in pace, ut in bello valeret*, *Saluſtius* antor habet, *æqualius atq; conſtantius ſe ſe res humanæ habe-*

lib. 2. c. 17. & l. 4 c. 12. *Quàm difficulter retineantur parta!*

l. 4. n. 11. *Piu facile acquiſtar ſtato che mantener lo* Domenico *More Bologneſe libro* 1. *del Cavalliere.*

Conf. *Camerar.* in Cent. 1. oper. ſucciſ. c. 2. p. 6. & cent. 2. c. 50. p. 299. & ſeq. In catil. p. 20.

*haberent, neq; aliud aliò ferri, neq; mutari ac miſceri omnia cerneres. Nam imperium facilè iis artibus retinetur, quibus initiò partum eſt.* Suadent ob hanc cauſam Secretarii antiquitatis & *Politici* ſcriptores,*(a)* ut urbs, regnum aut provincia quæcunq; demum, de novo vi occupata, majore quàm ſint illius cives, præſidiô & numero muniatur ac ſarta tecta conſervetur. *Machiavellus(b)* cumprimis peculiari labore demonſtrat, ad conſervandam libertatem nuper partam, neceſſarium eſſe,ut *Bruti* filii tollantur,item, Principem in parto nuper imperio tutum eſſe non poſſe, quamdiu illi vivunt,quos imperiô ſpoliavit. Alioquin quod *Mediolanenſib9 & Neapolitanis(c)* ufuvenit,id aliis quoque accidit, ut nempè quocunque modo ſervitutis jugo liberentur, libertatem tamen nunquam poſſint conſervare. Quà calamitate nullam in Rep. conſummatiorem excogitare licet. Audiant ergò maturè ſalutare monitum *Petrarchæ(d)*, quotquot aliorum jugo colla ſubdere,aut rerum quæſitarum jacturam facere recuſant ac detrectant:

Vid. *Guevarr.* in horol. Princip. l. 1. c. 1 p. 5. item l. 2. c. 23. p. 312. & c. 37. p. 377.

(*a*) *Dan.* l. all. p. 11. & 114.

(*b*) lib. 3. diſp. c. 3. & 4. p. 431. &c.

(*c*) id *Mach.* diſp. p. 94.

(*d*) fol. 46. in 8. edit 1533.

*Petrarchæ carmen.*

*Vinſo Annibal, è non ſeppe uſar poi*
*Ben la vittorioſa ſua ventura:*
*Però Signor mio caro haggiate cura,*
*Che ſimulmente non avegna à uoi.*
*L' orſa rabbioſa per gli orſacchi ſuoi,*
*Che trouvaron di Maggio aſpra paſture,*
*Rodeſſo dentro è i denti, & l' unguine indura,*
*Per vindicar ſuoi danni ſopra noi.*
*Mentre l' novo dolor dunque l' accora,*
*Non riponete l' honorata ſpada*
*Anzi ſeguite la, dove vi chiama.*

*Veſtra fortuna dritto per la ſtrada,*
*Che vi pò dar dopo la morte anchora*
*Mille, è mill' anni al mondo honore è fama.*

# Excursus In Galliæ publicam Rem.

*Galli difficultèr retinent acquiſita.*

I. Hoc vitiô vehementèr *Galli* laborant, ut quæ felicitèr acquiſiverunt, turpiſsimè deſerant ac perdant. Illorum jam olim mores ſic deſcribit antea citatus *Florus: Sicut primus impetus major quàm virorum eſt, ita ſequens minor eſt quàm fœminarum. Alpina corpora humenti cælo educata, habent quidquam ſimile cum nivibus ſuis, quæ mox, ut caluêre pugna, ſtatim in ſudorem eunt, & levi motu, quaſi ſole laxantur.* Quô elogio nuper ſuum *Vedelium* excepit *Epiſcopius, Remonſtrantium* in Belgio coryphæus, ſtatim in fronti ſpicio libri quem vocat, *Vedelium Rhapſodum**. Ex noſtri ſeculi ſcriptoribus idem teſtatur *Guicciardinus* (*a*), *Thuani* (*b*) judiciô *omnium, qui ſecundum antiquos hiſtorias ſcripſerunt, præſtantiſsimus*, & ſi *F. Leandro Alberti* Bolognenſi (*c*) credimus, *vir prudens, literatus & longò rerum civilium uſu conſpicuus*, qui ſimile quid de *Francorum* gente narrat: *I. Françeſi ſono più pronti ad acquiſtare, che prudenti à conſervare.* In marg. additur: *Che queſta ſia vero ſ' e veduto ſopra nell' acquiſto del Regno di Napoli, iquali preſtamente ottenuto preſtamente ancho da lor fu perduto.* Ibid. (*d*) *I. Françeſi ſon più impetuoſi nell' aſſaltare, che conſtante nell perſeverare.* In margine: *Scrive Livio nel. 7. della 1. Deca,*

lib. 2. c. 4.

*Angli* ignaviam *Francis* objicientes, hâc paræmiâ illuſerunt: *Quando ſuber inſtar plumbi natabit, Gallus Caletum recuperabit Sleid.* contin. T. 3. p. 79.

*edit. Hardervvici 1633.

(*a*) libro IV p 1 1. a.

(*b*) l. 1. hiſt. p. 41. & l. 68. p. 465.

( ) *nella ſua deſcritione di tutta Italia* f. 332. b. in Venitia 1561.

*Guicciardinus.*

(*d*) p. 120. a.

*che*

*che i Franceſi pongono ogni lor virtù & forza nel primo impeto, & che con la tardanza s' amozza; onde ſi vede che queſto auttore hà lui tolto queſta ſententia, laquale oltre che è anco in Ceſare e in altri: è con eſſempio corroborata nel fatto d' arme al Girigliano & altrove. Leggi Vincentio Lupano.* h. e. *Magis promti ſunt Franci ad acquirendum quàm in conſervando prudentes. Quod verum eſſe eorum in Regnum Neapolitanum expeditio docet, quod citò occupatum citoq́; fuit amiſſum. In adoriendo ferociores ſunt quàm in perſeverando conſtantes. Scribit Livius* num. 7. decad. 1. *Francos collocare omnem virtutem ac robur in primo impetu, qui poſtea tamen, ubi manus pugnâ incaluere, elangueſcit, unde videre eſt autorem hanc ſententiam ex Livio ſumſiſſe, quæ, præterquam quod in Cæſare ac cæteris habetur, multis exemplis firmata eſt & ſtabilita. Legendus Vincentius Lupanus.*

II. Conſpirat cum *Guicciardino hæc Boteri* (*e*) nota: *Le forze di Francia conſiſtono nell' impeto; quelle di Spagna nella cuntatione.* Quam brevitatem latius ibidem deducit. Rurſus de *ratione ſtatus*(*f*) ſcribens, exemplis fidem ſibi conciliaturus hæc profert: *I Franceſi perderono in un Veſpro la Sicilia, & in poco più di tempo il Regno di Napoli, e l' ducato di Milano, non per altro, ſe non perche nel loro governo non era maniera d' intereſſare i popoli & di dar loro cagione d' abbracciarlo, e di difenderlo. Francici regni robur impetus abſolvit; Hiſpaniæ vires in mora conſiſtunt. Siciliam quadam veſpera Galli perdebant, nec multò poſt Neapolitanum Regnum Ducatumq́; Mediolanenſem, non aliam herclè ob cauſam, niſi quod beneficiis ac prudenti human.*

*Boterus.*
(*e*) Part. 2. lib. 4.
(*f*) della ragione di ſtato lib. 5. p. 138.
vid *Machiav.* Princ p. 22. & 24.

*humanitate non devinciebant ſibi populum ad amandum ſe defendendumq́.* Prodeat etiam ex Italia *M. Ludovicus Arioſtus in Orlando furioſo* tale teſtimonium perhibens *Gallis:*

*Arioſtus.* In argumento Cant. 33. p. 164.

*In una Sala Bradamante vede*
*Diverſe guerre de Franceſi arditi*
*Fatte in Italia, in cui firmar il piede*
*Non vuole il ciel, ma che da lor s' atti.*

Poſtea addit

Stanc. 10. Ibid. *ordine recenſet, quoties Galli armatâ manu occupatam Italiam ſubitò deſtituerint ac fœdè.*

*brevi allegrezze, e lunghi lutti,*
*poco guadagno & infinito danno*
*Riporteran d' Italia, che non lice*
*Che l' Giglio in quel terreno habbia radice.*

Quæ ideò civitate Latinâ non donamus, quod ex dictis eorum ſenſus facilè poſsit exaudiri.

*Gallorum propria confeſſio.*

III. Sed quid de ſcriptoribus *Gallis* exponamus? Num diſsimulant fortè hanc nationis ſuæ infelicitatem dicam an verò vecordiam fatalem? Id verò ut faciant tantum abeſt, ut homogenea prorſus veterum hiſtoricorum dictis ſcribant de ſe ipſis. *Jean de Serres* (g): *Toutes les entrepriſes lointaines ont eſté autant de triſtes cimetiers aux François: Quot Gallorum in peregrinas terras expeditiones, tot illorum cæmiteria & ſepulchra vidit Christianus orbis. Anonymus Gallus* (h) *Noviſsima quæq́ in Gallia primo quoq́ impetu nimis dominantur. Thuanus* (i): *Gallorum impetus initiò plus quàm virilis, ad extremum minus quàm fœmineus.* Planè ad inſtar antiquitatis & ex veteri formula *Flori.* *Idem* alibi (k) *Gallicis ingeniis* inquit, *innata poſt res propriè geſtas ſecuritas: Pierre Matthieu: François plus*

(g) loc. cit. p. 573.
(h) in diſc. de rebus Gall. p. 8.
(i) lib. 17. hiſt. p. 804. in 8.
(k) l. 12. hiſt. P. 1. p. 550.
Part. 1. hiſt. Gall. de Henr. IV. p. 13.

*plus heureux à acquerir qu' à conſerver*: *Felicius occupant Galli terras quàm defendunt vel tenent.*

IV. Exempla dictis fidem conciliant. Etenim *Gallorum* virtus totum complexa mundum, nullum ferè orbis angulum ſine lauru aut trophæo præter miſit. Sed amiſerunt imperia ſecuritate ſupinâ, quæ occupârant virtute. Adverſus *Muhammedanos* præcipuè *Galliæ* Reges victriora lilia pro Chriſtianorum ſalute & incolumitate in Aſiam & Africam intulerunt, tantaque fortitudinis famâ orientem compleverunt univerſum, ut iſte hodie adhuc *Francicum* nomen horreat. Ante omnes incomparabilis ille Heros, ſanctusque Achilles *Gottfridus Boullionæus* nominandus eſt, qui in perniciem Turcarum natus, ſancta loca canibus eripuit, & per ſeculum in poſteris etiam ſuis Hieroſolymæ, ſubjectâ ſibi Aſiæ maxima parte, regnavit. Ego equidem, ut affectum meum fatear, delicatiſsimæ voluptatis ſenſu perfundor, quoties *Tancredos*, *Rinaldos*, & cætera illa longâ ſerie belli fulmina, ſeculiq; illius prodigia, quæ ad tanti Ducis exemplum ſanguinis ſui ſemitâ inter confertiſſima hoſtium tela, ad victoriam iter ſuis ſubid tempus aperuerunt, cogito, animoque mecum volvo. Et cum dignum tantô Rege vatem, *Torquatum Taſſum*, velut alterum *Maronem*, *Æneæ* facinora canentem, in manus ſumo, ipſe in præſens mihi ductus videor, & cum gente noſtrâ, crucis figurâ inſigni, *in Barbaros* arma expedire ac maſculè pro Chriſto meo pugnare. Adeò elegans & divina planè eſt doctiſsimi illius Itali Poëſis, quam Germanicè propterea loqui fecit Germanæ Nobilitatis non

*Exemplorum promtuarium.*

Conf. *Eſſortatione à i Principi Chriſtiani all' acquiſto del Sepolcro di Chriſto Cant. 17. Di M. Ludovico Arioſto nel Orlando Furioſo.*

Vid. *Hieroſol. liberatam* Torquati *Taſſi* ex Italico in patriũ ſermonem fuſam & ipſum librum Ital. cui titulus. *Il Goffredo, Ouero GIERUSALEMME Liberata, Poema Heroico del Sign. TORQUATO TASSO in Venetia 1624.*

Tom. I. lin. I. p. 101

non inficiandum decus, *Hanſius Dietericus à VVerder*, laude digniſsimus eques. Elegantèr Petrus *Matthæus*, *Hiſtoriographus Regius* alicubi inquit: *Les belles palmes ne croiſſent qu' en la terre ſaincte, ces beaux lauriers ne s' arroſent que de ſang, il n' y a ny peine, ni peril, qui esgale le fruict de ces glorieuſes expeditions, qui ont tout le monde pour theatre: Specioſæ palmæ non niſi in Palæſtina creſcunt exſiliuntq́; pulchræ hæ laureæ non niſi ſanguine aſperguntur. Nec ullus labor, periculumve ullum tanti faciendum eſt, ut precium dicat his glorioſis expeditionibus, quæ pro theatro habent univerſum mundum.* Sed utinam inteſtinis bellis & Chriſtianâ pietate indignis diſsidiis non amiſiſſent parta, ſuasque ipſi fregiſſent vires, ferrô in propria viſcera verſo! Illæ certè contentiones ac lites, illaque vivendi licentia & Veneri fibulã laxandi libido afflixit ita *Gallorum* res, ut nec *Orientem* amplius poſſideant, nec *Siciliam* ſub imperio teneant, in tota inſula omnes fatali & faſtis expungendâ veſpera miſerè & ſine diſcrimine occiſi ac trucidati.

*Pomum Eridos in oriente ſparſum inter Francos.*

*Les Veſpres Siciliennes.*

Vid Conzen. in Polit. lib. 7. c. 7. §. 5. p. 479. & Lanſ. cont. Gall. p. 367. & ſeq.

*Præſens Galliæ ſtatus.*

V. Quàm felicitèr hodiè pugnent contra *Hiſpanos*, *Italos*, & *Germanos*, abs ſe prudentioribus de facili patet, me quoque tacente. Sanè non omnia ipſis fluere ex voto, illa maledictis in *Cardinalem Richelium* concepta epigrammata, licentiusque ſparſæ ſchedæ plus ſatis loquuntur Inter quas eminet famoſus libellus ante biennium in ipſum editus, ſuique aliquâ parte ſic expreſſus: *Noſtre Saul n' eſt pas entierement delivré de cet eſprit malin, attendu qu' il jette encore ſes lances de colere contre ceux, qui*

avec

*avec la harpe de leurs perſuaſions taſchent de chaſſer ce Demon:* h. e. *Saulus noſter* (ita Cardinalem, per quem res omnes feruntur, autor vocat) *nondum bonâ fide liberatus eſt à Spiritu illo maligno* (fervorem belligerandi intelligit, & ſubditos novis exactionum commentis emungendi) *quippe adhuc ejaculatur iræ ſuæ lanceas in eos, qui perſuaſionum ſuarum plectrô atq; citharâ profligare hunc Dæmonem conantur.* Ibid. hoc inter alia additum erat: *Les Medicins diſent, que la maladie de Monſeigneur le Cardinal vient de l' abondançe du ſang. Je le croy bien ayſement. Car il eſt en cauſe de tout ce ſang, qui a eſté eſpandu jusques icy en Allemagne & en France: Dicunt Medici nimiam ſanguinis copiam lecto affixiſſe Dominum meum Cardinalem. Equidem ego de facili credo. Ipsô enim autore ac ſuaſore omnis ille ſanguis in Germania hactenus effuſus eſt ac in Gallia.* Et verò quoties quæſo negligentia eorum promerita eſt juſtam omnium reprehenſionem? Jam *Rheni* flumen prætervecti longè *Francofurdi* hærebant, jam fixas in *Germania* radices agere videbantur, cum ecce ſocordiâ Ducis incomparabile caſtrum *Philippsburgum* in adverſæ partis manus ex improviſo venit. Quo factô Rex, mitiſsimi aliàs ingenij princeps, ita commovebatur, ut acerbô riſu milites illius loci præſidio relictos, vocaret milites *Patris Joſephi.* Quo *Cardinalis* in agitandis conſiliis rerumque momentis ventilandis, veluti oraculô quodam familiari & domeſtico uti ſolet. Evidenti prudentibus documento, rarè feliciter bellum geri, cum qui ſacris præeſſe debebant, quales omnino *Monachi* ſunt & *Cardinales,*

*Le Cardinal. de Richelieu & le Pere Joſeph.*

*Ce ſont les ſoldats du Pere Joſeph.*
Es ſeind Vater Joſephs ſoldaten
Erat autem militum illorum præfectus cognatione huic Patri conjunctus.

rebus politicis ſe miſcent & omnia præfidentèr agunt. Certè *non defenſoribus iſtis res eget.* Alias illorum clades & ſtrages, utpote in luce poſitas aperta, prætereo lubens. Sicut etiam quod ſub Duce *Condæo* militantes in Hiſpaniæ finibus, ingentem hominum, commeatus, omnisque bellici apparatus jacturam noviſsimè fecerunt. Quam poſtea inſperata Regis Hiſpan. Munificentia leniit, magnâ captivorum manu libertati reſtituta in gratiam nati *Delphini*. Quod ſi *Briſacô* potiti fuerint omninò, cujus urbis faucibus jam incubare leguntur, difficultèr tamen tàm oportunum tranſeuntibus in patriam noſtram, locum defendent, adeoq; habebunt, quò furioſos dentes illidant. Et fortè contrarius illorum votis eventus oſtendet, nimis impensè hactenus *eos Suecis* ſtuduiſſe, nimisque arctè ſe ipſis obligâſſe! Certè non facilè nuper *Rex* ſe, regnum ſuum, ſubditosq; *Mariæ Virgini* conſerâſſet, ut humaniſsimus *Rivetus* ad nos ante quadrantem anni perſcripſit, niſi res ejus in anxio ſitæ multisque difficultatum tricis involutæ eſſent. Sed iſta de tabula manum. Sequitur

Vide formulas initi fœderis Regis Galliæ cum Guſtapho Adolpho ſub initiũ libri Gallici: *Le Soldat Suedois*, cujus autor *Joh. Fridericq Spannheimius eſt*, Profeſſor Theol. Genevenſis.

## ASSERTIO QUARTA.

### *Nimia in peccantes indulgentia ac lenitas inſignem cladem Reipubl. affert.*

### DECLARATIO.

*Nimia Magiſtratus lenitas in vitio eſt.*

Etſi dura ſubditorum conditio eſt, qui ſub potentiorum tyrannide vivunt ac ſeveritate, dubitare tamen minimè licet, longè pejus eſſe habere principem,

pem, ſub quo omnibus omnia liceant impunè, quàm ſub quo nihil liceat ulli. Tolle vindicem in ſceleratos oculum, &

*ſubverſa jacebit*
*Priſtina majeſtas ſoliorum, & ſceptra ſuperba.*

Tum verò maximè periclitatur Reſp. *ſi contemtus ſuper Principes effundatur.* Quippe ſtatim populus incipit laſcivire, & nullus à flagitiis ſibi ſtudet temperare. *Deteriores enim omnes ſumus licentiâ, & maxima peccandi illecebra eſt ſpes impunitatis.* Ita *Sejanus* ope *Trajani* in ſummum dignitatis faſtigium evectus, & ad nimiam potentiam elevatus, factionibus imperium invadere tentavit: & plures alii iiſdem armis inſtructi eodemq; genio moti Imperatoribus bellum indixerunt, de quibus *Gelſtrupius* (*a*) videatur. Quod perpendens ſecum attentius paullò *Petrus Matthæus* (*b*) in hæc verba erumpit: *Tous les Princes faillent en ce poinct, de faire ceux qu'ils ayment, ſi grands, qu'ils ſont apres bien en peine de les desfaire. L'Empereur charles V. diſoit, qu'il valloit mieux recompenſer les ſervices par une juſte liberalité, que par une trop grande communication de dignitez: In hoc omnes impingunt viri Principes, quod quos caros & eximios habent, in tantæ dignitatis culmen vindicant, unde eos poſtea ægrè removere poſſunt. Præſtat juxta Imperatoris Caroli V. dictum juſta liberalitate ſervicia ſolari, quàm nimiæ potentiæ collatione.* Quare ſi quandoq; contingat, ut unus vel alter magnatum in Magiſtratus perniciem quid meditetur, æquum eſt, ut hic liberè ſtringat juſtitiæ ſecurim & oportunè ſontes plectat. Enimverò *ſi initio clementiam palàm vendites, & tui contemtus & ſcelerum cumulus*

*excre-*

Terent. in Heaut.
Cic. pro Milone.

(*a*) Trifol. polit. c. 5. Them. 2. p. 105. Conf. Contz. l. 9. Pol. c. 10. p. 639.
(*b*) liv. 1. de l'hiſtoire de Henry IV.

*Impunitas ſcelerum infeſta publicæ quieti.*

*excreſcet*, ut gravitèr filium monet *Jacobus* Angliæ Rex (*c*). *Et multos intempeſtiva clementia perdit, quos in principio paucorum pæna ſalvos & incolumes conſervaſſet*, ibidem.

(*c*) in aureo & regio dono p. 62.

*Alexandro damnoſa facilitas.*

(*d*) Machiav. in Princ. p. 103.

II. *Alexander* certè tàm probus fuit, ut tredecim annorum ſpatio nemo judictâ cauſa fuerit occiſus, tandem ipſe in contemtum delapſus, fuit interfectus (*d*). Melius igitur eſt ut pereat *unus*, quàm *unitas*. Vulgus enim cladem ſuam, quanquam occumbant multi, ignorat. Compendium verò divincendorum hoſtium eſt, duces factionum ſuſtuliſſe maturè. Nunquam melius ſuæ ſuorumq; ſaluti Princeps conſulit, quàm cum factioſis nihil indulget. Alibi lenitati locum dat, hîc rigoris ſpecimina dediſſe juvat. Tubâ ſeditionis fractâ alios pudebit ſuperba ſigna tollere in Majeſtatem. Nec imbelles *damæ* timidiq; *cervi* audebunt amplius ferocire, cum *Leonem*, qui in primis ordinibus ſtare ſolebat, proſtratum videbunt & victum. Quam monitorum ſalubritatem ſi in intimum pectus admiſiſſet *Maria Scotiæ Regina*, non tot ludibria fortunæ, vertenti faciem debuiſſet. Poſtquam enim filium ſuum naturalem, cujus extraordinarium fraudem & malitiam non ignotam inordinam cogere debebat, non ſolum in antiquam gratiam recepit, ſed & eundem in regni conſortium aſcivit, ille crudelitatis ſuæ telam abſolvendi oportunam occaſionem nactus, *Regem* vitricum ſuum per ſubornatum *Comitem Bodevillenſem*, (quem, maritatum licet, in ſpem ineundi cum Regina matre conjugii erexerat ante) interfici curavit, antiquam verſutiam

*Seditioſorum fax & tuba tollenda.*

*Mariæ Scoticæ Reginæ infeliciſſima in filium parricidam indulgentia.*

tiam cumulans ſemper flagitiis novis, tantaque indulgentiâ peſsimè abutens. Qua de re ſic narrat Giovanni Botero: *La Reina, ch' era di natura troppe indulgente e facile, ricevè di nuovo il baſtardo in gratia, & ſi fidò di lui: e lo fece quaſi ſuo compagno nel governo, anzi capo d' ogni coſa, di che il Re ſentiva diſpiacere infinito &c.* Sicut itaque *corpus* à torpentium membrorum ſtupore ægrum, deteriori ſui *parte* relecatur, ut vigeat imminutum, quod *integrum* malè habebat: Sic ad evacuandas exulcerati regni vomicas, rebellantis ſerpiginis *caput* eſt expungendum. Voyez un Diſcours grave & eloquent de la *Reyne d' Angleterre* ſur les teſtes des pluſieurs grands Seigueurs, monſtrées au *Duc de Biron*, qui auoient pensé à troubler ſon eſtat, & entre autres celle *du Conte d' Eſſex*, *Pierre Matthieu l. 4. T. 2 p. 100.*

libro 1. Part. 3. p. 62. delle Relatione Univerſali novamente riſtampate & corrette in Venetia 1607.

## Μετάβασις ad Gallorum Regnum.

I. Latiſsimus hìc nobis ſe panderet campus dicendi de nimia quorundam *Galliæ Regum* in delinquentes facilitate, ſi nobis volupe eſſet ambitioſè in chartis delirare. Sed cum paucæ hìc ducendæ lineæ ſint, ſtudebimus brevitati. *Johannes Barclajus* in eleganti illo libro, quem *Argenidem* vocat, ſub *Meleandri* perſona talem nobis Regem depingit, qui juſtâ ſeveritate nunquam in ſcelera animadvertens, variis conjurationibus non rimam aperiat tantùm, ſed ſpatioſam feneſtram. Hic ipſi eſt *mitiſſimi ingenii homo, ſed qui non ſeculò, non hominum moribus æſtimatis, ita cæterorum fidei credidit, ut ſibi credi par eſſe ex virtute ſentiebat. Facilis, nec in injurias idoneâ ſeveritate*

*Compendioſa Regis ſocordis deſcriptio ex Argenide Barclaij.*

(a) p. 8. edit. Leyd. *acris (a). Non alitèr potuit capi quàm bonitate ſuâ (b).*
(b) p. 9. *Serò & propemodum ſtrepente jam bellò excitatus, cæpit*
*nominis ſui, & cauſæ, propter quam purpuram accepit,*
(c) ibid. *meminiſſe, alienis vitiis ad ſuas virtutes coactus (c). Hu-*
(d) p. 112. *maniorem diceres eum, niſi ſibi crudelis illâ humanitate*
*eſſet (d).* Idem *conſulto in priſtinæ lenitatis ſpecie perſeve-*
*rabat, ut quæ incuriæ imago res antea ejus afflixerat, jam*
(e) p. 118. *imponeret inimicis (e). Manſuetudo in illo pene ad vi-*
(f) p. 397. *tium prolixa (f).* Hunc autem, quem vivis his colo-
ribus delineavit, *Henricum* III, paſsim excitat ab illo
ſocordiæ veterno ſub aliorũ perſonis. *Meliꝰ* eſt, inquit,
*inter ſtrenua opera ſemel perire, quàm injuriarũ patien-*
*tes regnare precariò (g).* Item: *Violenta conſilia illos*
(g) p. 118. *frangere ſolent, qui clementiæ regalis fiduciâ peccant (h).*
(h) p. 121. Similiter: *ſtrenuè agendum eſt, aut expectandum tan-*
*quam velatis capitibus maturum exitium. Mediocris*
*ejus virtus pro vitio eſt. Statim deficiebant ab optimo*
*Rege illi ipſi, qui ſub ejus manſuetudine creverant: do-*
*cumento mortalibus, quantumvis egregiam in Rege vir-*
*tutem, niſi fortitudinis opinio accedat, poſſe contemni,*
*nec fidelius ullos Principes amari à populis, quàm qui*
(i) p. 127. & 201. *meruerint timeri (i).* Rurſus: *Illa facilitas, illa indul-*
*gentia in magnates, illa majorum incauta in eos pro-*
*fuſio produnt præcipuas imperii vires, aperiuntq; inju-*
(k) p. 271. *riis deſpectam dignitatem (k) quandiu nimis poterunt*
(l) ibid. *illi, nunquam ſatis poterunt Reges (l).*

II. Ex collatione aliorum ſcriptorum liquet, lon-
*Gallus anonymus.* gè veriſsima eſſe, quæ Gallorum diſertiſsimus de iſto
(m) in diſc. de rebus Gall. edit. ex Specu-ſa Halcyonia 1629. *Henrico III.* ſcripſit. Ejus certè ſocordiam paſsim per-
ſtringit anonymus Gallus (*m*). Ex infinitis ferè pauciſsi-
ſaltem colligemus. *Rex cùm ſit, de vi aut fuga pudet*
*quic-*

*quicquam fateri, neq; injuriam hanc appellare audet, tantum abeſt, ut ſupplicium indicet. Non imperat ulterius, ſed ſubditos rogat (n). Eò tandem poteſtas ejus devenit, ut nihil aliud jam ſit, quò ſubditorum animi compeſci, & in officio retineri queant, quàm avita illa, quam Regibus ſuis exhibere ſoliti ſunt reverentia & patrius mos, quem mutare difficile eſt, & magnum (me Hercule) vim hæc habent in pacata Republ. nec tamen ita magnam, quin unius quadriennij bella inteſtina tàm facilè jam everterint, quàm Romæ aliquando minori temporis ſpatiô, & aliis etiam locis, ubi hæc mala graſſata ſunt, factũ audivimus. Quod ex nulla alia re naſcitur, quàm cum principes deſpicatui habentur (o). Rex noſter in Imperio quaſi Sol occidens tàm imbecillos in occaſu emittit radios, ut jam coràm & in os & ſcriptis diſſerentes, & armis dimicantes de ſucceſſore patiatur:* cujus rei fæditatem contrario generoſi Regis Franciſci exemplo ibidem citatus autor probat. Idem hæc ſubjungit: *Regis hujus emaſculatum imperium tàm inglorium eſt, ut & ipſe aliqando apud exterum principem à corona Gallica non ita disjunctum, verſatus, dum ſermones de noſtro rerum ſtetu ultrò citroq; confererentur, ita quendam dicentem audiverim, eodem planè numero apud nos Regem eſſe, quô apud Athenienſes cyphram, ut vocant, quæ cùm per ſe nihil valeat, aliis tamen figuris ſi addatur, ſummam facit cumulatiorem: quæ inquam hiscè auribus audivi meis, cum gentis noſtræ nomine & pudore, & angore penè diſrumperer &c.* Plura notatu digna paſsim eundem tractatum pellegenti obviam fiunt. Porrò *Thuanus* (q) de eodem refert, ut *catellos Lugdunenſes*, ſimias, & pſittacos ſibi multis ſumtibus comparârit, in luxum ſubid temp9 effuſus, quò maximè vigilare debebat

(n) p. 6.

p. 12. & 13.

*Thuanus.*
(q) l. 85. hiſt vid. & Lanſ. Conſult. p. 351.



bat

bat quod contra tot factionum & rebellionum monſtra, à quibus poſtea *Henricus IV.* Regnum Galliæ velut alter *Hercules* purgavit.

*Tuſſanus Burchetus.*
(r) in præf. ad Lect. præmiſſa interdicto Regni Franc. p. 14.

III. Audiamus etiam *Tuſſanum Burchetum* (r) ſegnitiem Regis minimè diſsimulantem: *Ingenuè fateamur neceſſe eſt, nos hujus culpæ, vel graviſſimi potius ſceleris* (conjurationis ſeu Ligæ Hiſpan. in Gallia) *conſcios & ſocios eſſe, qui naſcens hujus impiæ conjurationis monſtrum non oppreſſimus, & jam natum, ne adoleſceret, non extinximus, imò illi cum naſcenti (ea fuit noſtra ſocordia) præſto fuimus, tum quæ noſtra aut perverſitas aut inertia aut perfidia fuit, natum aluimus, & eò usq; evexīmus, ut eam nec opprimi nec extingui poſſe videatur &c.* Nec ultimo loco proferendus nobis eſt *Johannes Serrejus*, qui eundem ſtuporem perſtringens in hunc tenorem ſcribit: *Il falloit monſtrer aux premiers regimbements de la Ligue une autre lance, qu' une langue, une autre lame, qu' une plume, une autre cuirace, qu' une beſace de Capucin, qu' un ſac de Penitent, ou d' Hermite, un autre viſage que douteux & tremblant. L' autorité d' un courage viril, la reſolution convenable à une Majeſté Royale devoient eſtre le foudre, qui pouvoit diſſiper ceſte Gigantomachie, & aurazzer les legions mutinez. Mais la Royne mere, accouſtumée de peſcher en eau trouble, connivoit au Duc de Guiſe &c.* Ibid *Le Roy cuidoit par moyens doux & parlant bas appaiſer ceux, qui chantoient bien haut:* he. *Oportebat primis motibus Ligæ recalcitrantis aliam lanceam opponere, quàm linguam, aliam frameam quàm pennam, alium thoratem, quàm peram Cappucini aut Eremitæ alicujus ſaccum, alium vultum, quàm qui metu varius eſſet ac anteps.*

*Jean de Serres.*
En l' inventaire de l' hiſtoire de France p. 7552.
Conf. Lanſ. conſult contra Gall. p. 554.

*ceps. Autoritas compoſitæ frontis, virilis animi robur, firmumq́ ac Regiæ Majeſtati decorũ propoſitum fulmen illud eſſe debebant, quod diſſiparet iſtam Gigantomachiam compeſceretq́ legiones rebelles. Sed Regina mater in turbidis aquis ſolita piſcari, inſolentiam Ducis Guiſii conniventibꝰ oculis tranſmittebat. Rex mediis lentis voceq́ ſummiſſâ eis ſilentium imponere ſtudebat, qui altum clamabant.*

*Guil: Barclajus* in lib. 6. cap. contra Monarchomachos p. 70.

IV. De eodem *Henrico III.* tale ad *Guilielmum Barclajum* judicium attulit *Pater Claudius* Matthæus: *Vir bonus mihi videtur, ſed non æque Rex: quia cum nimium religioſius eſſe ſtudet, totusq́ devotioni ac precibus incumbit, hoc ipſo regni procurationem & curam, quæ non monachali contemplatione, ſed Principis magnanimi & rebus agendis deditì ſollicitudine abſolvitur, nonnihil negligere videtur: eoq́ fit, ut ipsô in ſpiritualibus occupato, Reſpubl. ex iis, quæ in ea peccantur, detrimentum capiat.* Hæc ille. Eundem *Pasquier* carpit, quod, cùm turbas belli civilis componere deberet ac ſedare, *Pibraco*, *Ronſardo*, aliisque viris doctis immixtus, in *Grammaticorum* regulas ſcrupuloſius inquiſierit, earundemque examine fefellerit tempus. Verſus in ipſum ſcriptos hos profert:

*Eſtienne Pasquier*. Tom. 2. liv. 29. de lettres.

Gallia dum paſsim civilibus occidit armis,
  Et cinere obruitur ſemiſepulta ſuô,
Grammaticam exercet media Rex noſter in aula,
  Dicere jamq; poteſt vir generoſus, Amo.
*Declinare* cupit, verè *declinat* & ille,
  *Rex bis* qui fuerat fit *modò Grammaticus*.

Nempe alia res eſt *ſceptrum*, alia *plectrum**, nec *ſanctiones Grammaticorum Regum edicta ſunt*. †*Non eſt Principis laus*, inquit pro amœna ſua ingenuitate Scher-

**Guazzo* nella tavola dei proverbi della converſatione civile p. 224. *Altra coſa e lo ſcettro, altra il plettro.*

† *Caſaub.* in Exerc. p. 449.

 bius

(t) vid. Emblema 15. polit *Reiſenberg.*

*Gratioſorum in aula omnipotentia.*

(u) Thuan Contin. p. 748. & p. 753. de ejus tumulo.

*Le Mareſchal d' Ancre.*

Recveil des pieces les plus curieuſes qui ont eſté faites pendant le regne *du Conneſtable M. de Luyne* p. 55. Conf. *Theophile* en la Satyre ſeconde p. 266.

bius(s) *quando dicitur*, Wie kann der Fürſt ſo gutte verſſe machen / wie iſt er ſo ein gutter Grammaticus / er ſtöſt nicht vmb ein haar an &c.

V. Ulterius ut in aliis publicis rebus etiam *Sphinx*(t) eſſe ſolet, cujus conſiliô & arbitrio Princeps omnia metiatur & putet, qui ſolus ænigmata caſuum dubiorumque, ipſo *Oedipô* felicius exſolvat atque enodet: Ita nec *Galliæ* deſunt ſimilia monſtra, humanâ ſpecie induta. In quibus eminuit *Marſcallius*(u) *Anchoritanus*, qui vulgò gratioſus vocabatur, eò quod omnia in aula pro libitu diſponeret & ad nutum flecteret regni habenas, de quo ſalſa hæc & Satyrica circumlata eſt proſopopæja: *Quatrain de celuy qui eſt en faveur:*

*Je ſuis ce que le Roy m' a faict,*
*Je fais ce, que je veux en France;*
*Car je ſuis le Roy en effect*
*Et luy ne l' eſt qu' en apparence.*

Ich bin nichts mehr als was der Königk mich gemacht /
Vnd gleichwohl thue ich was ich will im Franckenlande /
In warheit bleibet mier des rechten Königs pracht /
Vnd er regiert allein in abgemahltem ſtande.

loc. cit. p. 408.

*Le Conneſtable de Luyne.*

*Ancoritano* mortuô alterum non defuiſſe ſphingem ſequentes verſus loquuntur:

*L' ancre autresfois gaſta de nos lys la blancheur,*
*Et pour la conſerver on la mit en ruine:*
*Mais penſant la ſauver d' une ſale noirceur*
*On les a corrumpus de l' odeur de l' Aluine.*

Der weißen Lilien zier ward für der zeit beſchmitzt
Von ſchwartzem Tintenzeug: diß gifft iſt abgewendet /
Der Ruſt iſt außgewiſcht. Vnd doch vmbſonſt / weil jtzt /
Der Wermutt bitterkeit aufs neüe ſie geſchendet.

Scilicet *Conſtabelius de Luyne* in ejus locum ſucceſſit cujus *abſynthium*(nam id Gallis vocatur *l' aluyne ou aloyne*) non minùs *liliorum Gallicorum* candorem infecit ac corrupit, quàm *Ancoritani atramentum*. Quod ſimiliter Gallicè eſt *Ancre*. Plures Sphinges in *Gallia* recenſeat alius, cui id licet per majus otium, rerumq́, conſcientiam penitiorem. Nos ad alia properamus, his *Caſauboni* verbis coronam imponentes axiomati quarto: *Henricum Magnum nimia ſua clementia, & doctrinâ Hildebrandinâ imbutorum ſcelus perdiderunt*. Exerc. 1. p. 32. Videndus etiam eſt *Sleidanus continuatus* de Regis Galliæ indulgentiâ in punienda conjuratione*, nec non de impunitate ſcelerum, quatenus in *Franciæ regno* cauſa cædium exiſtit ac latrociniorum.

* T. 3. p. 328. &c. c. 1. p. 345. &c.

# Axioma Quintum.

## *Nobilitas bonis literis probè imbuta eruditaq́ non ultimum Reipubl. fulcrum eſt ac ornamentum.*

Ἔκθεσις.

I. Singularis majeſtas & ſplendor Reip. accedit, cum ad gubernacula Viri ſedent non minus *natalium ſpecie* illuſtres, quàm conſpicui *excellentiâ virtutum* ac non temnendæ eruditionis. Enimverò illud vulgò tritum, *Sola virtus nobilitat*, veritati quàm maximè conſentaneum eſt, ſiquidem *Nobiles* virtute deſtituti antiquitatem generis ac proſapiæ citius dedecoris labe aſpergunt, quàm honoris cultu augent. Quæ enim me Chriſte hæc gloria eſt, longâ pompa, vanaque oſtentatione recenſere familiæ ſuæ nomina,

Keckerm. diſp. 2. de Rebusp. priſcis p. 1466. & Reifenb. in Emblem. pol. 4. p. 19.

*Verè Nobiles qui ſint?*

nomina, multis imaginibus, ſtemmatumque flexuris illigata? In quibus ſi quid veræ laudis eſt, id omne venit aliunde, pictorique debetur, cujus ingenium arguunt & peritam manum. Facilè certè liqueſcunt ceræ, quibus procerum vulgus muliebritèr intumeſcit. Quare, quicunque tandem ſis,

*Sint Tibi, quos optas, Rex & Regina parentes,*
*Et maneat virtus pectore nulla tuô,*
*Non pluris facimus te, quàm tibi ruſtica mater*
*Si ſit, & ignotus ruſticus ipſe pater.*

*Ut gemmei freni equum meliorem non faciunt, nec leonem generoſiorem juba bracteata: ita nihil obſoleti clypeorum umbones conferunt ad bonam mentem: cujus hæc eſt palmaris nobilitas, quod virtutem gerit pro galea, non ſanguinem ſpumoſum, qui cum vetuſtiſſimus eſt, menſtruus eſt.*

Nobilium vulgus inquit: Wir ſeind von Adel.

Sunt verba *Rauſcheri* in orat. funebri in obitum D. Reihingij.

II. Non volo equidem ut omnes in univerſum liberales artes abſolvat in Academiis *Nobilitas*, aut ea etiam cuncta ſibi familiaria reddat ac nota, quæ ſapientiæ tantùm Profeſſores callent. Quanquam nec hanc ſcientiam multi in *Anglia, Gallia* & *Hiſpania* nobiles ſibi probro ducunt aut faſtidio, ſecus quàm apud nos fit, ubi pædagogicæ ſimplicitatis opinionem habet, publicè in Academiis docere juventutem, imò univerſum orbem ingenii luce illuſtrare. Sed hùc ſaltem tendit ſermo noſter, ut cum aliis, quæ *Equeſtrem* dignitatem decent ornantque, humanitatis etiam ſtudia, pietate, tanquam Muſarum omnium reginâ minimè neglecta, iis ſedulò inculcentur, qui præcordia habent boni luti, & nil niſi patriis ceris dignum

*In Anglia omnes, qui ſapientiam ac leges profitentur pro nobilibus habentur, Les eſtats, empires, & principautez du monde* p. 17. n. 27. *Limn.* l. 8. c. 8. n. 112. p. 127. *Quousq; Nobilitas Græcâ ac Latinâ literaturà imbuenda ſit, ediſſerit Poeta in Gallis recens Sainct-Amant en la preface aux Lecteurs.*

dignum agere conantur. Ne unquam deſint Reip. qui vel in Curiis provincialibus præſides agant, vel ſalutaribus conſiliis Principibus ſuam induſtriam præſtent, vel ad exteros populos ablegati Magiſtratus dignitatem circumferant ſuum, vel vicariam linguam Magnatibus accommodent, gratificenturque, aut quô tandem cunque alio modo patriæ uſui eſſe queant.

III. Verè *Nobilis aquilam* imitatur, qui magis *oculis* probat, ſe poſſe cælum intueri quàm *pennis*, ut ſibi aditus pateat in honoris ac perennantis famæ templum, velut generoſis tantùm alitibus in fanum *Deæ Ericinæ* intrare licebat,

*quò non admittitur ales,*
*Ni probet ante ſuos divâ ſub judice cantus,*
*Quæ placuit, fruitur ramis, quæ victa, recedit.*

Videndus Autor Satyræ Diætet. p. 23.

Sunt nonnulli, ſat ſcio, qui ſtudia literarum velut Scholaſtica nimis, minusque digna homine nobili ducunt, armisque ſolis omnem equeſtris dignitatis apicem abſolvi ſibi habent perſuaſum. Ac in Italia ſuper hac re reciprocata eſt diſputationis ſerra, *an arma literis, ſagum togæ, an verò literæ ac ſtudia armis, belliq; exercitiis ſint anteferenda, Mutio Juſtin.politano* pro *Apolline ac Muſis*; *Domenico* verò *Mora Bolognenſi* pro *Bellona ac Marte* ſtili mucronem ſtringente. Sed placet erudita *Guazzij* deciſio, & armis ac literis debitum conſtare honorem, ſi quod hæ præcipiant, illa efficiant ac præſtent:

*An arma literis ſint præferenda?*

*Il Colonello Domenico Mora Bologneſe in libro cui tit. fecit: Il Cavaliere in riſpoſta del Gentilhuomo del Signor Mutio Juſtinopolitano nella precedenza dell' armi & delle lettere.*

*Molti furon à quiſtion, chi avanti vada,*
*O piuma ornata, ò valoroſa ſpada?*

Dialoghi piacevoli p. 192. dial. 6. dell' Arme & delle littere Conf: Limn. l. 8. c. 8. p. 128. n. 116.

*Se queſta mette in opra, & quella inſegna,*
*L' una & l' altra di par chiamarei degna.*

Etenim verum eſt quod canit vates:

*Synefius.*

*didiciſſe fideliter artes,*
*Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.*

Vid. *Wendelinum* in Epiſt. dedic: ad Principes Anhald. Politicæ ſuæ nuper præmiſſa.

*Rude ac diſciplinæ expers ingenium, ubi poteſtatem adeptum eſt, cælum ipſum quod dicitur, capite tundere conatur. Solæ literæ,* de Livii ſententia, *ingenia excitant ad magnæ fortunæ cultum.* Quare maximè cavendum in benè conſtituta Rep. eſt, ne heroum & magnatum filii ſibimetipſi permittantur, quaſi ſola naturâ duce id poſsint aſſequi & præſtare, quod alii multô ſudore improboque labore ſibi comparare neceſſe habent. Nec illos excipimus, qui in *aulæ* tropicis educantur, licet humani ingenii vitiô contingat, ut rarò vel nunquam *ſtudiis (a) induſtriæq́;* inibi ſit locus. Ut non injuſtè ſcripſiſſe putes Italum doctum (*b*): *Nelle corti non ſono, quanto alle littere, multo differenti i gentilhuomini da i palafreniari*, id eſt, *In aulis, quantum quidem ad literas ſpectat, Nobiles ab anteambulonibus non ita multum differunt.* Colophonem theſi firmatæ imponat, quod de *Carolo M.* in hanc rem *Aventinus* refert, illum, cùm Lutetiæ ſcholam à ſe fundatam ingreſſus, periculum ſtudiorum facere diſcentes juſſiſſet, deprehendiſſetque tenuiores ac pauperes præter ſpem profeciſſe; nobiles verò cultum animi neglexiſſe, iſtos ad dextram ſegregatos blandè compellâſſe: *Vos quidem macti virtute, filioli pientiſſimi, qui veſtrô munere gnavitèr defuncti eſtis, veſtri erunt maximi Epiſcopatus, vos in aulam aſciſcam, ex vobis Senatores exoptabo, vos in album prætorum & Patrum curiæ allegam.*

*In aulis etiam ſtudiis ſit locus.*

(*a*) vid. *Conzen* in Danielem p. 178.

(*b*) *Guazzo* de civili converſat. p. 497. l. 3.

*Carol. M. laudabile factum.*

lib. 4. annalium Bojorum.

Vid. *Reginchomus* in orat. 15. p. 171. nuper vulgatis.

EXAMEN

# EXAMEN GALLICÆ NOBILITATIS.

I. Quod *Saluſtius* olim dixit, *contemtor animus & ſuperbia commune nobilitatis malum*, id *Galli* ad ſuos homines ſat ſcio non inviti trahent, additâ tamen, quod ille Romanus omiſit, ignorantiâ literarumque contemtu. Quem adeò non diffitentur, ut palàm in eum invehantur. Illuſtri omnibus veritatis ſtudioſis exemplo, paterna ac domeſtica vitia diſſimulanda minimè eſſe. *El autore de l' hombre honeſto*: *No sè porque desdicha parece que nueſtra nobleza no pueda nunca descargarse de la infamia, que le dan las Naciones foraſteras deſpues de tantos ſiglos, de menoſpreciar una coſa tan rara y tan conveniente à ſu profeſſion. Es cierto que el numero no es pequenno en la corte deſtos ingenios malhechos, que por un ſentido de una boberia brotal, no pueden concebir, que un hidalgo pueda ſer ſabio y ſoldado todo junto &c. Fit neſcio quò fato, ut nunquam Nobilitas noſtra ſe purgare valeat à crimine, quod Nationes exteræ illi intentant, contemtum literarum intelligo, ac ſapientiæ, quæ maximè hominum gentilium conditionem decet. Certum quidem eſt, iſtarum malè feriatarum mentium numerum fermè innumerum eſſe in aula, quæ ſtupore plusquam belluinô ſideratæ ſibi perſuadere non poſſunt, Nobilem ſimul militis viriq; docti perſonam ſuſtinere, ac utriusq; dignitatē tueri poſſe. Euphormio Luſitanus*: Raræ ſunt hâc ætate primæ illius & ſinceræ nobilitatis reliquiæ. Le ſieur de la Noüe (a)* lectu non indigna poſteritati reliquit, *de la bonne nouriture & inſtitution, qu' il eſt neceſſaire de donner aux jeunes gentils-hommes François,* de bo-

*Pierre Charron de la ſageſſe* p. 298.

*Faret.* p. 44.

*On fit anciennement en Françe double diſtinction des chevaliers, aucuns eſtans chevaliers des armes, & les autres chevaliers des loix: Olim in Gallia duplex erat diſtinctio equitum. Alij erant equites armorum, alij equites legum.* Paſquier liv. 2. Chap. 15. des Recherches de la Françe cit. *Limnæo* c. 8 l. 8. de J.P. n. 111. p. 127.

Galli dicunt: *Il faut marier l' eſpée auec la plume*: Man muß den Degen mit der Feder vermählen.

* p. 28 & 29.

(a) diſc 5. Pol. p. 153.

de bona educatione, flori Gallicæ nobilitatis apprimè neceſſaria, & hoc eruditè demonſtrat: *que la lecture des livres d'Amadis n'eſt moins pernicieuſe aux jeunes gens, que celles des livres de Machiavel aux vieux*: lectionem librorum *Amadiſi* non minùs exitialem eſſe juventuti, quàm *Machiavelli* provectioribus ætate.

II. *Pierre Charron Pariſien*, Docteur ès droits (c): *Je ne puis que je ne blaſme & ne note icy l'opinion & la façon d'aucuns de nos Gentils-hommes François (car ès autres nations ceſte faute n'eſt ſi apparente) qui ont à tel desdain & mespris la ſcience, qu'ils en eſtiment moins un honneſte homme pour ce ſeulement, qu'il a eſtudié, la decrient comme choſe, qui ſemble heurter aucunement la Nobleſſe. Enquoy ils monſtrent bien ce qu'ils ſont mal nez, mal ſenſez, & vrayement ignorans de la vertu & de l'honneur: Auſſi le monſtrent-ils bien en leurs deportemens, lasche oyſiveté, impertinence & inſuffisance en leurs inſolences & vanitez & en leur barbarie: Non poſſum à me impetrare, quin erroneam opinionem, per quorundam Galliæ Nobilium animos diſſeminatam hîc arguam atq; reprehentam. (Nam in aliis nationibus hic, ſive defectus, ſive nævus non ita incurrit in ſenſus) qui adeò floccipendunt ſcientiam, ut minoris æſtiment virum honeſtum hôc ſaltem nomine, quod literis operam navârit, eamq; importunis clamoribus traducunt, veluti rem repugnantem Nobilitatis decori. Qua in re manifeſtè demonſtrant, malè ſe natos ac feriatos eſſe, omninoq; adeò ignorare, quid virtus ſit & honor. Id quod illorum in vita communi actiones ad oculum* probant,

(c) liv. 3. de la ſageſſe p. 637. la derniere edition à Paris 1630.

*Hunc Petrum Charronum ex eodem hoc libro Atheismi accuſat Rivetus* Tract. 1. q. 17. Summæ Controverſ. p. 275.

*probant, in quibus paſſim ſocordiæ ſtupidæ, incivilitatis barbaræq́; ruſticitatis veſtigia deprehendas.* Huic alium adjungam *Petrum Bedæum à Petris*, noſtrum in Gallica lingua Salmurii Magiſtrum, ipſumq́ue Nobilem, variaque, linguarum exoticarum peritiâ pollentem virum, qui ſæpè mecum de familiaribus *Galliæ* morbis ſincerè locutus, inter alia dicere ſolebat: *La ſageſſe entre les Gentilshommes de France eſt l'Aſtrée, qui ſe retire au ciel: Sapientia inter Galliæ nobiles eſt illa Aſtræa, quæ terras reliquit, polo recepta.* *Petrus Bedæus à Petris.*

III. Eundem literarum contemtum elegantiſſimi hi *Theophili* verſus perſtringunt: *Theophile: p. 235.*

*Le ſçauoir eſt honteux, depuis que l'ignorançe*
*A versé ſon venin dans le ſein de la France,*
*Aujourd'huy l'injuſtice a vaincu la raiſon,*
*Les bonnes qualitez ne ſont plus de ſaiſon,*
*La vertu n'euſt jamais un ſiecle plus barbare,*
*Et jamais le bon ſens ne ſe trouva ſi rare.*

Die Weißheit iſt veracht/nach dem in Franckreichs ſchoß
Der vnverſtandt ſein gifft in ſchwartzer tinten goß:
Vernunfft geht vnrecht nach; vnd gute qualiteten
Seind auſſer dieſer zeit; die Tugend ſteht in nöthen/
Vnd trifft mit jhrer Trupp auf lauter Barbarey/
Mann hat noch nie geklagt/das WITZ ſo ſeltzam ſey.

Sed ferè obliti fueramus *celeberrimi Thuani*, cujus teſtimonium hac in re magni profectò faciendum eſt. Hîc rotundis verbis fatetur, *Gallica in nobilitate rarum eſſe literarum cognitionem* (*a*). Idem recitat (*b*) Satyricum *C. Tiercellini Rupimanii* dictum qui antiqui moris eques, mordaci dicterio indignabundus ſæpè dixit in Nobilium ineptiſsimam ambitionem, *Thuanus.*

(*a*) lib. 56. hiſt. p. 1274.
(*b*) lib. 2. hiſtor.

 *ton-*

*torquem conchyliatum, poſtquam indignis promiſcuè communicari cœpiſſet, non jam eſſe fortium virorum inſigne, ſed omnium beſtiarum collare.* Et alibi in hæc memorabilia verba deſinit: (c) *Ex delegatis Polonorum* (qui Henricum III. ſeu Andinum venerant deductum in Poloniam) *nullus non Latini ſermonis peritus erat, plures Italicè & Germanicè loquebantur; quidam etiam tàm concinnè Gallicas voces proferebant, ut ad Sequanam potiùs aut Ligerim, quàm ad Viſtulam aut Boryſthenem nati viderentur, pudore interim aulicis, literarum non tantùm rudibus, ſed infeſtis hoſtibus incuſſò, qui interrogati ab hoſpitibus ſuis erubeſcere & nutu tantùm reſpondere cogebantur.* Hæc ille laudatiſsimus Curiæ præſes.

(c) lib. 56. hiſt. p. 1243.

*Exemplum recens.*

*Ochſenſtirnius.*

Cui ſimile quid contigiſſe meminimus ante hos quatuor quaſi annos, cum *Ochſenſtirnio*, Regni Suecici Cancellarius unà cum Nobilitate *patria* paritèr atq; *Germana* per *Lutetiam Pariſiorum* Hamburgum repeteret, & in tranſitu Regem ſalutaret, cui vicariâ *Grotij*, Gallicè ſcientis linguâ, quæ Latinè ad eum loquebatur, animi ſenſa exponebat, *Grotiô* vices interpretis alternante, & quæ Rex *Gallicè* reſponderat, *Ochſenſtirnio Latinè* referente. Interea Nobilitas Gallica, ut in humanitatem effuſa eſt, cum hoſpitibus, Gallicæ linguæ utplurimùm ignaris, Latia verba miſcere volens, *Priſciani* manes ſæpius turbabat, efficaciusque ferè capitis nutu totiusq; adeò corporis habitu, gentili eô atq; venuſto loquebatur, quàm linguâ, *Romano* ſermoni non aſſueta. Id quod adeò aulici non diſsimularunt, ut ignorantiam ſuam ſtatim ſequenti ſeptimanâ in publicis chartis notari paterentur, quas ab *Italis* mutuatô nomine les *Gazettes* vocant.

*Priſcianus vapulat Gallicæ Nobilitati.*

*Les Gazettes.*

IV. Con-

IV. Contigit nobis ſimilitèr convivere *Pariſiis* duobus *Nobilibus*, quorum unus ex celebri *Pontackiorum* familia oriundus, & *Abbas*; alter Ducis *Eſpernonÿ* filius naturalis, & *Prior* in cænobio erat, ita tamen, ut peregrè abeſſe à fratribus ac Monachis ipſis liceret, ſtudiorumq; telam pertexere utcunq;. Sed utriusq; *Latinitas* adeò in arctum coacta erat, (& nunquam, opinor, ſtudiorum telam ritè exorſi erant) ut non tantum non *Latinè* ſatis, ſed ne *humanè* quidem loquerentur. Nec aliis ſtudiis incumbebant, quàm quâ ratione opes Eccleſiæ abligurire poſſent. Rursū cùm ſecundô flumine *Aureliis*, ubi *Ligeris* navigabilis eſſe incipit, *Salmurium* peterem, *Dn. Hartmannô* meo, ac qui primus nominari debebat, *Albhardo*, jam Sereniſs. Elect. Saxoniæ in Præſulatu Martisburgenſi *Cancellario*, ſtipatus, in *Monachos* non unius nominis (& quid mirum in tanta ſi ordinum varietate memoria nos fallat?) incidimus, qui ex indiciis nonnullis nos peregrinos eſſe hariolati, ſermonesq; nobiſcū cædere aggreſſi, de *Germaniæ* noſtræ fato deplorando, *Regis* Suecici copiis auxilio nobis miſsis, ejusq; cum *Rege Chriſtianiſsimo* fœdere multa non ineptè locuti ſunt. Poſtea ſermonibus ritè inſinuatis, & de rebus privatis etiam colloquiô habito, cuinam *religioni* addicti eſſemus, ſciſcitati ſunt audactèr. Et hactenus quidem *Gallicô* idiomate fueramus uſi. Nunc verò vis fieri videbatur conſcientiis noſtris, quô nomine comites mei me rogarunt, ut unus pro omnibus reſponderem, qui aliàs hactenus ſtudium ſanctarum literarum eſſem profeſſus, idq, facerem linguâ Latinâ, quod in ea meliùs animi ſenſa, quantum ad religionem attinet, coràm *intelligentibus* exponi,

*idiotis*

*Pontack & Nogareth.*

*Congreſſus cum Monachis feſtivus & jucundus.*

*Nomen Lutheranorum exteris Papiſtis ſudes in oculis eſt.*

*idiotis* verò & *Laicis* (quorum benè multi in eadem nobiſcũ vehebantur navi) commodius ea reticeri poſſent, ne religionis diverſitate impulſi, nobis deſinerent benè velle. Nam, ut hodiè mores ſunt, fidei diſcrepantia excludit humanitatis conſortia, & quæ pietas naturam debebat perficere, contra ejusdem jura allegatur. Parui lubens monentibus, & quandoquidem in Regno libero viveremus, ubi veritas minimè in vinculis eſſet, *Latinô* ſermone exorſus fari, nullus diſsimulavi, *Lutheranos* nos eſſe. Hîc obmuteſcere omnes, qui garrulitatem antea in patrio ſermone plus ſatis probârant. Unus ſaltem, ad quem, tanquam ad triarium redierat res, quique ut poſtea diſcebamus, *Carmelitarum Pictavienſium Regens* erat & *Præſes*, tacitô cæterorum conſenſu deſtinabatur, qui ſe opponeret mihi. Ego hominem, propius ad me venientem, blandè admiſi, modeſteque ſummam fidei noſtræ expoſui, ut qui nihil in religionis rebus recipiamus, aut ad ſalutem ſcitu & creditu neceſſarium eſſe judicemus, niſi de quo clarè edoceat nos *Spiritus ſanctus*, in divinarum literarum monumentis adhuc hodiè nobiſcum loquens. Ac ut clarius perciperet meam mentem, exempli gratiâ probavi, nec *bonorum operum meritum*, nec *ignem Purgatorium* fundari in Scriptura. Neq; enim ullum poſſe proferri locum, qui in terminis id evincat, quod *Eccleſia Romana*, id eſt, ut ultima ἀνάλυσις docet, *Pontifex* Romanus, Chriſti vicarius, credendum eſſe ſtatuit hac in parte. De cæteris dixi, me tacere jam velle, ne nimiâ quæſtionum mole intentionis noſtræ acies abrumperetur.

peretur. Ad hæc *Monachorum meorum Alpha* renidenti vultu reſpondit, ſe primùm dolere ſortem noſtram, quod cùm homines eſſemus eruditi & honeſti, nihilque minus quàm mali, venenô *Lutheri* tamen infectas animas haberemus & linguas. Subjungere deinde *Latinè* tentavit nonnulla, quæ argumentis meis eliderent nervum, ſed adeò frigidè, adeoq; ineptè & febriculosè, ut cùm infelicitèr pugnare ſuum *antiſtitem* cæteri viderent, ex tempore conſilio captô, qui nobis eruditione ac Latii ſermonis peritiâ cederent, humanitate ac benevolentiâ nos victuri ad prandium invitarent prolixè, cujus ordinem quæſitiſsimâ comitate explicuerunt. Commendârat ejus delicias imprimis *artocreas leporinum* & *vinum* de meliori nota, cæteraque, quæ patrius mos in precio habet. Jamque omnibus paratis expectabant *Carmelitæ* cum reliquis fratribus ut manum cibis admoveremus, cùm comites mei, humanitatis nimiæ ſuſpicionem cauſati, me conviviô illo abſtinere juſſerunt. Ego verò proteſtatus *Monachos* eſſe, non *Jeſuitas*, cum quibus prandendum ſit, nihil hîc timendum vel ſuſpectum eſſe primus exemplô meo demonſtravi, eosq; in conſortium menſæ pertraxi. Ac ſanè boni erant omnes illi fratres, & ex numero eorum, qui in *Germania* quandoque *fortitèr, fidelitèr & conſtantèr* bibere amant. Adeò poſtea unius diei amicitia invaluerat, ut in cænobium ſuum nos invitarent, ſi quando occaſionis oportunitas nos *Pictavium* deferret. Quod & factum ſemeſtri ſpatiô poſt, ubi humaniſsimè ab iis fuimus excepti. Neque enim am-

*Convivium Monachale.*

plius de *Religione* nobis ſtatum controverſiæ movere conſultum putabant, quod viderant ante, curtam ſuæ eruditionis ſupellectilem cum noſtra plusquam *Monaſtica Latinitate* periculosè committi. Quod ſi homines in *Gallia* contemplationi dediti prorſus, & vacantes in ſolidum, linguæ ſuæ infantiam in Latino proſtituunt ſermone, quid à *Nobilium vulgo* expectandum, quod vel levitèr tantum & quaſi aliud agendo tranſigit cum Muſis, vel easdem proſequitur odiô profeſſo?

*Nobilitatis Gallicæ infantiam Itali traducunt.*

V. Quò minus integrum erit *Gallis* mirari, ſi aliarum gentium ſcriptores in Nobilium ignorantiam liberiùs paullò ſtrinxerint ſtili ſui acumen. Ex quibus unum ſaltem vel alterum proferre animo ſedet. *Guazzio*, (*a*) civilis vitæ præcepta moralis ſapientiæ alumnis proponenti, alibi veritas hanc confeſsionem extorſit: *Nella Francia ſono tanto poco ſtimate le lettere, che trouate pochi gentil huomini, iquali quantunq; poveri, degnino applicarſi allo ſtudio delle leggi, ò della medicina.* Latius os aperit *Il Cortegiano del Conte Baldaſſare Caſtiglione* (quem idem *Guazzo* verè nobilem equitem appellat (*b*), ut qui felicitate operis ſui immortalem ſibi famam comparârit, nec quicquam prætermiſerit, quod circa aulici officium queat deſiderari,) in hæc verba prorumpens (*c*): *Il vero & principal ornamento dell animo in ciaſcun penſo io che ſiano le lettere, benche i Franceſi* (Nobiles autem intelligit) *ſolamente conoſcono la nobiltà dell' arme, & tutto il reſto nulla eſtimino; di modo, che non ſolamente non apprezzano le lettere, ma le abboriſcono, e tutti i litterati tengono per viliſsimi*

(*a*) lib. 2. de civili converſ. p. 280.

(*b*) l. 3 de c.c. p. 612.

(*c*) libro 1. f. 35. b. *riveduto & corretto da Antonio Ciccarelli da Fuligni, Dottore in Theologia in Venetia* 1599.

*Hilarius Latinæ eloquentiæ Rhodanus, Gallus ipſe & Pictavis genitus, in hymnorum carmine Gallos indociles vocat Cornel. à Lap.* in c. 3. Epiſt. ad Gal. v. 1. f. 432. 1. a.

*viliſsimi huomini, & parerlor di gran villania, à chi ſi ſia, quando lo chiaman Clero: Verum princepsq́ animi ornamentum in unoquoq́ hominum literis abſolvi puto, quanquam Galli tantùm armorum nobilitatem agnoſcunt, cæteris exercitiis neglectis, adeò, ut non ſolùm ſtudia bonarum artium non excolant, ſed & deteſtentur, omnesq́ doctos habeant pro viliſsimis viris, ipſisq́ adeò videatur quis ruſticitatis inſimulari, ſi Clericus vocetur aut eruditus. Limnæus* (d) non ſemel laudatus, *poſtquam in Galliis*, inquit, *militaris torques indigniſsimis quoq́ tribui cepit, proverbium natum eſt: L'ordre de Françe eſt un collier de toutes beſtes*, *ſeu* ut Itali, *una cannezza à ogn' una beſtia.*

(d) lib. 6. c. 1. de Jure Publ. n. 54. Conf. *Camerar.* in Cent. 1, oper. ſucciſ. c. 66. p. 309. & 310.

Scilicet hoc eſt quod Galli iidem ſententiâ proverbiali circumferunt, *Où il y a beaucoup de tiltres, il y a peu de lettres*, wo es viel Titel giebet/ do iſt wenig Kunſt.

## Regula Sexta.

### *In benè conſtituta Republ. nunquam eſt permittendum, ut pecuniâ parabiles ſint Magiſtratus.*

Ἐξήγησις.

I. *Aureliano* Romanorum Imperatori de optimo imperandi modo ſciſcitanti, quendam ex proceribus reſpondiſſe proditum eſt: Remp. rectè adminiſtrare volenti, *aurô* atq; *ferrô* opus eſſe: *hôc* nempe contra *hoſtes* & *improbos*; *iſtô* erga *amicos* ac *obſequentes*. Quô gemino vinculô regna contineri *Solon* etiam *Cicerone* teſte profeſſus eſt. Ac de vitiis quidem caſtigandis, ſceleribusque coercendis ut alibi exponendi convenientior locus eſt: ita de ſolatio, quod

Choquier in aphor. polit. lib. 2. c. 17.

ad Brutum ep. 15.

 publicô

*Honor dignos ultrò ambit*, veluti *Numam*, ultrò petitum, nec non *Tullium Hoſtilium*, cui nihil ambienti regnum oblatum ob virtutem *Flor.* l. 2. c. 2. & 3.

publicò nomine præclaris virtutibus debetur, hîc ſtilô Laconico quid dicendum erit. Eſt quidem conſcientia recti ampliſsimum benè natæ menti theatrum, uberrimumque virtutis præmium audit ipſa poſſeſſio virtutis. At cùm *omnes* tamen *laudis ſtudiô trahamur, & optimus quisq; gloriâ ducatur*, ſanè malè ſeculi prognoſticon eſſet, ſi viri boni ac ſapientes fructu laborum ſuorum fraudarentur, diligentiæque damnoſæ conſequentur probrum, contra verò ex triviali *Grammaticorum* regula *Dignus & indignus ſimpliciter aſciſcerent Ablativū.* Enimverò non omnes merentur, qui petunt; nec ambiunt omnes, qui merentur. Plures ſunt filii fortunæ, quàm meritorum. Cæterùm qui factis loquitur, & ad gloriam eſſe exiſtimat prius dignitatem mereri, quàm habere, is demum ſapit, omniumque linguarum excellentiſsimâ utitur, efficaciſsimâque. *Romanum* Imperium tùm maximè creviſſe *Livius* autor eſt, *cùm nullum faſtidiretur genus, in quo virtus eniteret.* Sicut contra peſſum ire ſolent publicæ res, cum miſeræ dignitates indignis veneunt fædâ mercede, ac quæ publica eruditionis teſtimonia, & eminentioris virtutis inſignia eſſe debebant, aſinis, tauris, bobus ac cæteris, magnis quidem animalibus & vaſtis, ſed ſenſu ferè communi deſtitutis, appingi ſolent.

Reginchomus l. c. p. 166.

lib. 4. hiſt.

*Honores venales.*

II. Quot quæſo hodie in Europa videre eſt & indoctos, & adhuc ab Academiæ incude recentes *Doctores*, quos ſemper ſui pænitet ac piget, quiq; dum Principibus viris à conſiliis eſſe debent, vel ægrotantibus etiam medicinam facere, nondum Latinitati ſuæ

Vid. *Scheurlein* Profeſs. Helmſtadienſem in diſſert. 4 polit. th. 28.

ritè

ritè conſuluerunt, nec, dum in voce helleborus hærent, cum bono illo *Priſciano* in gratiam redierunt? Scilicet hi ſunt Doctores à docendo, ſicut à movendo montes. Deteſtandi ſapientiæ ſicarii, publicæq; literarum rei maculæ ac peſtes. De quibus elegantèr *Guazzo* ſæpius laudatus ſcribit: *De Dottori ignoranti ſi dice per commun proverbio, Dottor di Valenza, lunga veſte & ſenza ſcienza. Item: l' dottore ignorante e ſimile alla neceſſità, chi non hà legge: De ineptis Doctoribus paræmia circumfertur: Doctor ex Valentia, prolixâ toga incedit abſq; ſcientia, item: ignorans Doctor neceſſitati ſimile quid habet, quæ leges non admittit, nec iis ſe ſubjicere valet.* Nec minor tamen morum anomalia hujus ſeculi militiam *invaſit*, in qua neſcio quô fatô ita jacet avitæ fortitudinis decus, ut eâ niſus vix quisquam ad honores evadat, utique poſtquam virtutis opus nummi egerunt, divitiæque habitæ ſunt pro expeditiſsimo ad munera publica gradu. Quiritatur *Scipio Amuratus* de militum Transalpinorum inepta ambitione, quod ad publicos titulos non tàm lentô paſſu procedunt, quàm curſu præcipitatô feſtinant: *I Napoletani volevano eſſer prima colonelli che ſoldati, & prima Generali che Colonelli:* Die Neapolitaner wolten eher Obriſten als Soldaten / vnd ehe Generalß perſonen als Obriſten ſein. Quod utinã hodiè in *Italia* ſolummodò locũ haberet! Cæterùm contra hunc epidemium Rerump. morbum jam olim ſapientèr ſcripſit Philoſophorum princeps *Ariſtoteles* (a), & ex recentiorib9 plura hîc proferendi laborem compendi fecerunt nobis *Adamus à Conzen* (b), *Scherbius* (c), *Keckermannus* (d) *Piccardus* (e), *Avenarius* (f), aliique.

*Ignorantia quorundam quos docturiendi pruritus* (ſit venia verbo) *vexat.*

de l' Giudice dial. p. 98.

*Nunquam filios ſuos populo commendavit Auguſtus, ut non adjiceret, ſi merebuntur* *Sueton.* l. 2. ſect. 56.

*Militiæ noſtræ errores.*

Sopra Cornelio Tacito lib 3. diſcorſo 3. Liber etiam *Gallicè* editus eſt per J. Baudoin à Paris 1627. in 4. & *Latinè* Francofurti in 8. 1618.

(*a*) in l. 2. c. 9. polit. ad quem locum præter *Camerarium* videndus eſt *Heinſig* in paraphraſi p. 96.

(*b*) l. 7. Polit. c. 29. §. 10. p. 513. & c. 22. n. 18. ubi Novellas citat.

(*c*) in Polit. Ariſt. pag 96.

(*d*) diſp. 31. curſus Philoſ. p. 1328.

(*e*) obſerv. Polit. dec. 2. c 4. p. 100. &c.

(*f*) in quæſt. Nomico Polit. q. 29. p. 52.

# TRANSITIO Ad GALLOS.

I. Ex Juſtitia in *Gallia* fieri rem promercalem, mirum non eſt. Etenim quæ *emeris*, *vendere* jure potes. Quô nomine ſapienter, ut plerunque *Seneca*, *provincias ſpoliari & nummarium tribunal auditâ utrinq; licitatione alteri addici non miratur, quia quæ quis emit, ea gentium jure vendere permittitur.* *Scherbius*, (g) *in Gallia* inquit, *emuntur honores. Ita Romæ in Eccleſiaſticis omnia ſunt venalia.* Will einer Biſchoff werden/ muß er zuvor dem Pabſt daß pallium theüer genugt bezahlen / er bringets aber darnach ſchon wied.r ein. *Lanſius* (h) etiam multus eſt in eo, ut demonſtret, quàm latam graſſandi viam in *Gallia* ſibi fecerit hæc malæ conſuetudinis lues. Sed ne queri poſſint *Franci* noſtri, ſibi à nobis injuriam fieri, operæ precium erit, ipſos propriô ore loquentes audiviſſe. Inter eos ſanè hæc jam dudum percrebuit querela (i):

*Deniers avançent les bediers*
*Et des premiers font les derniers*: h.e.

*Nummi extollunt ineptos, & ex primis faciunt ultimos.* *Male* ſcilicet *ſe res habet*, ut *Cicero* ait, *cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia.* Le Mereure François (k) *la vente des offices aujourd'huy eſt montée à ſa periode*, Jean de Serres (l): *Le Royaume s'eſtoit rempli d'injuſtice & d'extorſion aux regnes paſſez, à cauſe de la vente des offices, eſtant certain, que ce, qu'on achepte au gros, on le vend en detail. Louys IX. defendit rigoureuſement ceſte marchandiſe, & pourvoyoit aux charges vacantes ſelon le merite des perſonnes auec connoiſſance*

de

l. 1. c. 15. de benef.

(g) l. all. p. 232.

(h) contrà Gall. p. 359.

*Gallorum querelæ de nundinatione officiorum.*

(i) Gelſtrup. l. c. p. 130. §. 6. th. 6.

(k) l. 5.

(l) l. c. p 130. de Louys IX. l'an 1227.

Conf. de Ludov. XII. Piccart. l. c. p. 104. Dec. 2. c. 4.

*de cauſe, pour induire les gens de bien & d'entendement à s'addonner aux lettres: Inundarat in regnum ſeculo ſuperiùs elapsô injuſtitia ac exactio propter officiorum venalitatem, cùm alitèr fieri non poſsit, quàm ut, quòd ſibi quis comparat integrum, illud vendat per partes. Ludovicus IX. rigoroſè probibebat hanc mercaturam, muneribusq; vacivis proſpiciebat de benè meritis viris, ut homines honeſtatis literarumq; amantes incitaret ad incumbendum liberalium artium ſtudiis.*

II. *Thuanus* hîc etiam ingenuus eſt in arguendo, alicubi ita narrans: *Ab Eliſabetha defuncti Regis uxore, Petro Gondio Pariſienſium Epiſcopo, & aliis viris probitatis perſpectæ hoc inter alia mandatum fuit, ut munera publica, ac eorum cumprimis, qui jus dicunt, viris idòneis, de quorum integritate ipſis conſtaret, nullo accepto precio attribuerent. quod & religioſè ab ipſis obſervatum eſt, laudando potiùs quàm imitando nobis exemplo, apud quos per aulicorum avaritiam peſsimô more invaluit, ut hujusmodi res nunc paſsim turpiſsimâ nundinatione proſtent.* Idem in Epiſtola nuncupatoria ad Henricum IV. *A fœdo lucro ſi capeſſendi magiſtratus initium fecerimus, verendum ſanè eſt, ne ad illud deinceps cunctas cogitationes noſtras tanquam ad cynoſuram dirigamus, & tandem avaritiâ cœci, omniq; honeſti cura abjecta ſidem utriq; datam fallamus. Avaritia bellua fera & immanis & intoleranda eſt, eiq; nihil ſatis eſſe poteſt: ſi ad immenſas Galliæ opes accedant Perſarum montes aurei, & utriusq; Indiæ theſauri, non habebis, unde ingluviem ejus ſatiare poſſis. nullus quippè vitiis modus eſt, nunquam conſiſtunt: ſemper in præceps progrediuntur, nec niſi*

l. 60. hiſtor. p. 115.

pag. 13.

Thuan. Contin. p. 97. A. In eod. p. 453. & ſeq. legere licet *de oppugnata in Gallia venalitate officiorum.*

*niſi cum exitio ſuo deſinunt.* Porrò in autore continuatæ hiſtoriæ Gall. hæc hiſtoria habetur: *Cùm quidam Lugdunenſis officium judicis ſatis carè emiſſet, in eamq; rem pecuniam mutuatus eſſet, poſtquam tabulas ſigillô regiô obſignatas accepiſſet, Rex unum ex proceribus Provincialibus, qui tunc fortè aderat, compellans, en bonum judicem,* inquit, *acre dubio procul judicium exercebit, modò diu id facere poſsit.* Idem ſæpius laudatus Curiæ

lib. 94. p. 594.

Præſes & *γνήσιος Thuanus* de *Briſſaco* alibi refert, ipſum à Rege in comitiis petiiſſe, *ut honorificum nobilitatis titulum à gente aut meritis delatum nulli uſurpare, aut per gratiam, aut quod turpius eſt, precio ſibi comparare permittat.* Pasquier (*m*): *La Juſtice couſte plus en France que nulle autre marchandiſe,* die Gerechtigkeit koſtet mehr inn Franckreich/als alle andere Kauffmans wahren.

(*m*) T. 1. des lettres liv. 9. p. 531.

in Apol. per Herod. p. 19.

Hùc pertinet iſtorum hominum natio, die jhren nahmen mit güldnen Buchſtaben ins Expectanten Buch einſchreiben laſſen.

III. Henricus Stephani, *Noſtrum ſeculum,* inquit, *ſi aureum eâ ratione vocari non poteſt, ob quam nomen id primo ſeculo impoſitum fuit, illa certè eadem ratio hanc appellationem ei vindicat, propter quam Naſo in his verſibus ( nam eorum autorem illum eſſe potiùs quàm Propertium judico) eam ſuæ ætati tribuit,*

*Aurea ſunt verè nunc ſecula: plurimus auro*
*Venit honos, aurô conciliatur amor.*

*Quibus adjicienda ſunt, quæ apud Propertium ſequuntur:*

*Aurô pulſa fides, aurô venalia jura,*
*Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor. &c.*

Præter teſtes productos legi etiam poſſunt, *P. de la Primaudaye* (*n*), & *du Haillan* (*o*), qui idem ulcus tangunt. Nec obliviſci debemus *Henrici* II, (*p*) qui, cum quendam à ſummate fæmina Parlamentariis proceribus commendatum in examine rejectum fuiſſe audiviſſet, dixit, que parmy tant de chevaux d' Eſpagne

(*n*) En l' Academie Françoiſe p. 549.
(*o*) liv. 2. l. c. p. 142.
(*p*) Lanſ. pro Gall. p. 245.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-689759-p0074-3

Eſpagne un aſne pouuoit bien paſſer, h. e. *inter tot equos Hiſpanicos etiam aſino locum dari potuiſſe.*

Claudat μετάβασιν noſtram Satyricum recentis *Poetæ* epigramma, quod ſic habet (*q*):

*Certes, l' on vit un triſte jeu,*
*Quand à Paris Dame Juſtice*
*pour auoir trop mangé d' eſpice*
*Se mit tout le palais en feu.*

(*q*) Sainct-Amant p. 254. de ſes oeuures.

# AXIOMA SEPTIMUM.

## *Multitudo monomachiarum certaminumq́; ſingularium præſentiſſima benè compoſitæ Reip. peſtis eſt.*

## ELABORATIO.

Nemo hîc expectet à nobis, ut omnia, quæ Antiquitatis conſulti, quæ *Theologi* quoq; & *Politici* de *duellis* ſcripſerunt, hûc congeramus. Jam ſatis diu volvimus hoc diſſertationis noſtræ ſaxum, & cupimus nunc liberari. Illud ſaltem dicimus in tot funeribus, quæ carnifex hoc fatum in Libitinæ cenſum refert, Monomachiam intelligimus, ſæpè totius *Reip.* ſpem efferri, quippè quæ ſic non unius herois jacturam facit, cujus operâ neceſſitate urgente uti potuiſſet. Quô nomine etiam *Turcæ*, (*r*) Chriſtianis, ô pudor! hac in parte prudentiores, iis, qui alios ad ſingulare certamen provocant, pœnas conſtituerunt, tantum abeſt, ut ſpuriam illorum fortitudinem ſeu maganmitatem commendent. Olim ſanè hominum malitiâ deplorandus hic mos iuvaluit, ut neceſſarium aliquando

vid. *Roſin.* de antiq. Rom. nec non celeberr. *D. D. Jacobum Martini*, Acad. noſtræ Seniorem venerandum in Polit. l. 3. p. 1242. c. 23. Danæum p. 249. &c.

(*r*) *Beſold.* de jure & arte belli P. 2 p. 31 & 33. nec non *Bousbequejus* in Epiſt. 3 & *Goulart és hiſtoires de* noſtre temps p. 710.

viſum fuerit, legibus *Germanorum*, *Gallorum*, *Hiſpanorum* & *Longobardorum* iſtud permittere, ut ex *Rhotario* liquere ait *Rivetus* (s). Et quicunq; majorum noſtrorum memoriâ per monomachiam vindictæ cupiditatem explere voluerunt, his à *Cæſaribus* tanquam palæſtræ locus fuit data *Halla*, *Suevorum urbs*, ubi de fama & capite certarent, *Limnæô* (t) obſervante. Ex recentioribus *Rex Scotiæ*, teſte *Domenicô Mora* Bologneſi (u), nec non *Daniæ Rex* (x) à *Sueciæ Rege* ad ſingulare certamen provocatus eſt. Et *Sleidanus* alibi commemorat, ut *Franciſcus* I. Galliæ Rex cum *Carolo V.* coràm manus conſerere geſtierit, qui tamen reſpondit (y): *ſe ſanctæ ſedis Apoſtolicæ filium ac defenſorem eſſe, eidem ſe jurejurando obligatum, de ſe nihil ſtatuere poſſe.* Et *Contzÿ* (z) quidem judiciô ſanctè ac piè. *Neq; enim tot populorum fata unô enſe librari debuerunt, & cædes regis alterutrius majorum malorum initia dediſſet.* Quod & filio ſuo laudatiſsimus ille *Angliæ Rex* (a) prohibuit his verbis: *Singulari certamine jus tuum non diſceptabis.* Sed alibi latius hanc quercum excutiemus. Remittimus interea cupidum lectorem ad autores, qui fusè de duellis ſcripſerunt, in quibus ſunt *Camerarius* (β), *Keckermannus* (γ), *Gregor. de Valentia* (δ), *Toletus* (ε), *Ameſius*, (ζ) & ex noſtris B. Balduinus (η) & Meiſnerus*. Vid. quoq; Avenarium†.

## APPLICATIO AD GALLOS.

*Duella Galliæ funeſta*

I. *Mos ille Francis ſolitus, quod is, cui crimen aliquod objiciebatur, duellô ſeſe purgârit*, ut autor (κ) corporis hiſtor. Gallicæ ſcribit, hodiè nondum abolitus eſt in ſolidum.

Id

(s) in expl. Decal. p. 310. conf. de *Ruſianis Joh. Bohemum*. lib. 3. c. 6. p. 126. de ritibus gentum. Liber Gallicè quoque extat Pariſiis 1553. excuſus.
(t) l. 7. de J. P. c. 24. n. 4.
(u) p. 133, 134. l. c.
(x) *Contin. Thuan.* p. 240.
(y) Ex *Nicolai Belli* diſc. 1. de Pontificibus.
(z) In *Polit* l. 7. c. 6. n. 2.
(a) *In Regio* dono p. 91.
(β) Cent. 2. oper. ſucc. c. 19. & 20. p. 106.
(γ) diſp. 32. Curſus Philoſ. p. 1352.
(δ) T. 3. p. 954. & ſeq.
(ε) Caſ. Conſc. l. 5. c. 6 p. 471.
(ζ) Caſ. Conſ. p. 329. edit. Amſter.
(η) Caſ. Conſc. l. 4. p. 88. &c.
* de Legibus l 4. ſect. 1. q. 21.
† in quæſt. Nomico Polit. q. 110. p. 100. (κ) fol 462. & 361. in fol.

Id quod non temnendæ autoritatis viri teſtantur: Paſquier(λ): *Nobleſſe de Françe ſur une pointelle d' honneur fait eſtat de perdre la vie:* Frantzöſiſcher Adel macht jhm kein gewiſſen vmb ein nadelſpitzlein von Ehren das Leben zu verlieren. François de Roſſet (μ): *Les duels ne ſont que trop ordinaires en Françe, encore que nos bons Roys, & particulierement Henry le grand d' heureuſe memoire, & la ſage Reyne Regente ſon Eſpouſe ayent fait publier des edicts rigoureux pour empeſcher ces funeſtes journées, ou l' on perd miſerablement le corps & l' ame: ſingularium certaminum uber in Gallia proventus eſt, quanquam Regum noſtrum, Henrici IV. cumprimis ejusq́; conjugis Reginæ pietas vulgavit rigida edicta compeſcendo huic furori, qui unà cum corpore animam præcipitat in infernum.* Idem ſtatim in initio libri ſub fictis nominibus, *Alexandri*, *Clarimontis*, *Lucidoris*, *Rolandi* & *Lindamarti* deſcribit duellum inter equitem *Guiſium*,* & Baronem *Luxium*, patrem & filium, quos ille interfecit cum magno Nobilitatis Gallicæ applauſu (ν), apponitq́ue ſub calcem tragici hujus caſus tale *Lucidoris* infortunati, magnanimi tamen juvenis monumentum:

B. J. C. P. C.

*Ulciſci patris cædem dum nititur armis,*
*Filius infelix pro genitore cadit.*
*Victa licet pietas, tamen eſt laudanda, parentis*
*Victorem voluit qui jugulare ſui.*

M. Montan (ο): *Mettez trois François aux deſerts de Libye, ils ne ſeront pas un mois enſemble, ſans ſe harceler & esgratigner: Ablegate tres Gallos in ipſius Libyæ*

(λ) T. 1. liv. 3 de lettres p. 110.

(μ) és hiſtoires Tragiques de noſtre temps p. 153.

* hic poſtea tormenti fragmine enectus fuit Thuan. contin p. 409.

(ν) id. Thuan. Cont. p. 367.

(ο) lib 2. c. 27. vid. Lanſ. in Conſ. contra Galliam p. 417. ex Bodino, Petro Matthæo, Mercurio Gallico aliisq́; plura proferentem

*deſerta usq́, vix trimeſtri ſpatiò elapſo, conſerent manus, & in mutua corda torquebunt fatales haſtas.*

II. Pierre du Moulin(π) *A ceux, qui ſont profeſſion de porter l'eſpee, & d'entendre le poinct d'honneur, ſi on dit la moindre parole de travers, c'eſt pour ſe couper la gorge: ainſi ils confeſſent que leur vie ne vaut gueres, puisq́ ils la hazardent pour ſi peu, & la mettent à tous jours:* h.e. *Equeſtris ordinis viris, cæterisq́ quibus datum eſt, ſcrupulos honorum accuratius examinare, ſolenne eſt ruere in alterius jugulum mutuà laniená. Ita fatentur, parvi æſtimari vitam ſuam, quam ob minutiſsimas minutias præſentiſsimis periculis exponunt. El hombre honeſto* (ϱ): *Por dondo* (por los pendencieros) *vemos cada die, que las leyes divinas ſon prophanadas; que la Clemencia de nueſtro victorioſo Monarcha es forſada algunas vezes à obedecer à ſu Juſtitia.* Et paullò poſt (σ): *Es el uno de los mas inſupportables abuſos, que ſe ayan paſſado en nueſtro ſiglo, de hauerſe ſigurado, como han hecho, que el puro y heroyco valor no conſiſte ſolamente ſino a maltratarſe, como ſi eſta virtud no tuviſſe otro exercitio, ſino en la deſtuycion del genero humano &c. Ex Monomachiarum frequentia indies videmus, ut divinæ leges profanentur, autoritas edictorum elevetur, utq́ clementia noſtri Monarchæ triumphantis ſæpè juſtitiæ cedere cogatur. Ille omnium maximè intolerandus abuſus eſt, qui hòc ſeculò noſtro invaluerunt, quod Nobilium vulgus perſuaſum ſibi habet, genuinam & heroicam fortitudinem non niſi in pugna conſiſtere, quaſi verò hæc virtus tantùm in deſtructione humani generis poſitum haberet omne exercitij ſui momentum.* Philippus Mornæus (τ): *Ex*

(π) Profeſſeur à Sedan de l'amour divin p. 200.

(ϱ) p. 20.

(σ) p 22.

Vid. Du combat & du duel, qui fut entre deux, Chevaliers de Caſtille, auquel vint un cas notable, *Les diverſes leçons de Pierre Meſſie* P. 2. cha. 16. p. 188.

(τ) in lacrymis effuſis ſuper obitum *unici filij* in *Belgio*, dum fortitèr pugnaret, hoſtili globô transfixi.

*Ex invidia, cui plerumq́ locus inter æquales, ſimultates, odia, iræ, & quovis funere funeſtius duellum; lues Gallica; Nobilitatis error, an furor? adulterinus avitæ fortitudinis partus, ubi infeſtô telô, infeſtiori animô, calcatô Numine in fratrem corruiturus, ultrô proruis in deſperabundam ac fatalem arenam.* Johannes Barclajus (υ): *Impius mos jubebat Gallos tuos levibus inter ſe rixis commiſſos paſſim jugulum ſuum dare, aut petere alienum. Hæc atrox & peſtilens lues tantum Gallici cruoris exhauſit, ut vix plura gladiatorum paria olim Romanorum arena conſpexerit. Uſu quoq́ & famâ populari invaluerat inſania: quia illi vitio ex virtute, ſed corrupta erat ſemen. Quoties totæ ſtirpes exciſæ? quoties emeritorum patrum ſenium, aut ignaram miſeræ prolis pueritiam hæc furia orbavit?*

(υ) in dedic Argenid. ad Ludov. XIII.

III. Idem in Icone animorum (φ), elegantiſſimo libro, de eadem re verba faciens: *Quoties*, inquit, *miſerorum patrum conſilia intercepta, ſpesq́ occiſæ? Quæ hæc autem dementia? inſtar ferarum, non ratione, ſed impetu injurias ulciſci, rerumq́ ſuarum judicium permittere penè ſcenicæ arti, fortunæq́ ſæpè fallenti ipſam artem, ut quicunq́ felicius ille & juſtius arma ſuſtulerit.* Simon Goùlart (χ): *Nous ne touchons point aux hiſtoires particulieres, & presque innombrables de duels en France depuis cinquante ans. C'eſt aſſez de deplorer nos miſeres, & dire en un mot, que les vaillants hommes tuez en tels conflicts pouuoient faire maints bons ſervices à leur Prince & à leur patrie, s'ils s'y fuſſent reſervez. Les autres nations ne ſont pas ſi promtes aux armes, & l'on ſcait de quelles ceremonies elles uſent, quand il eſt queſtion*

(φ) c. 3. p. 493.

(χ) és hiſtories admirables & memorables de noſtre temps. p. 710.

 de

*de demesler querelles par ceſt extreme remede.* Cujus autoris verba ideò transferre ſupervacaneum ducimus, quia eundem cum antedictis ſenſum ſpirant. E re potius eſt audire nobilem, quem primò loco citare debebamus, Thuanum. Hic alibi talia narrat (ψ): *Henricus II. cùm Sangermanni eſſet, magna & atrox inter duos ex præcipua nobilitate juvenes rixa exarſit, Vidum Cabotium Jarnacium, & Franciſcum Vivonum Caſtanæum; cumq; Cabotius gravi, nec ferendô probro ab adverſario oneratus mentiri illum dixiſſet, qui modus revincendæ injuriæ maximè injurioſus eſt nec niſi certaminis aleâ expiari poteſt, ad duellum res devenit, permittente Henrico, qui haud dubiè Vivono favebat, cui ſeſe propterea Aumalius, ut Regi gratificaretur, addixit. Cabotio occultè favebat Momorantius: verùm regis offenſionem veritus, Claudio Guſerio Boeſio, magno Franciæ hipparcho autor fuit, ut Cabotio operam daret: ipſe caſtrorum præfecti officium neutris partibus addictus, & quaſi arbiter obiit magno theatro, rege ſpectante & proceribus, pugnatum eſt, tandemq; apparuit, non favore principum, aut lacertorum vi & induſtriâ, ſed ſolâ Numinis benignitate victoriam contingere. Nam Caſtaneus, qui injurioſè Cabotium provocâſſe ab omnibus credebatur, certæq; victoriæ fiduciâ ſuperbè ſe hactenus & arrogantèr geſſerat, adverſario contrà cauſæ potius quàm viribus confiſo, ſummâq; animi modeſtiâ à Deo auxilium implorante, ſuccubuit: acceptôq; in poplite ictu, cùm ſanguinem ſiſti à Chirurgis & vulnus obligari non pateretur, accedente adhæc vitæ tædiô mox deceſſit. Ex quo rex, quod præter ſpem & opinionem accidiſſet, tantum cepit dolorem, ut ſe nunquam in poſterum in duella conſenſurum* religio

(ψ) lib. 3. hiſt. p. 154. P. I.

*Hiſtoria notatu digniſſima.*

Eandem hiſtoriam narrant *Simon Goulart* Senliſien és hiſtories admirables de noſtre temps p. 709. & autor libri, cui titulus, *Recueil des choſes memorables advenües en France* ſous le regne de Henry II. François II. Charles IX. Henry III. & IV. p. I.

*religioſiſſimô juramentô obſtrinxerit. hæc regni funeſta auſpicia in funeſtum exiiſſe finem à multis obſervatum eſt, rege ipsô, qui in ſerium certamen conſenſerat, quod minimè debuit, in ludicro certamine inter plauſus & publicam lætitiam poſtea occisô.* hæc Thuanus. Hodie ſæpius inſtauratæ & exaſperatæ ſunt etiam edictorũ formulæ *in Monomachias*, nec tamen protinus tolluntur. Nam & ante quadriennium, cùm in *Gallis* ageremus, Nobilis *Weſtphalus*, cui *Münſtero* nomen, ut ſimiles caſus jam taceamus, cum *Barone Gallico* in ſingulari certamine congreſſus, eum interfecit. Quem poſtea, ne in infami ligno animam exhalaret infelix patibuli candidatus, (nam hoc ſupplicij genus conſtitutum hodiè Bellatoribus illis eſt) nobiles nonnulli *Galli*, honorarij ephebi veſtitu diſsimulatum, clàm ex *Pariſienſium* urbe deduxerunt, liberâ poteſtate ipſi facta cum fæmina ſua, ponè ſecutura, (nam nupſerat in Gallia,) patriæ natale ſolum repetendi. Scilicet de inveterato hoc abuſu militat illud:

Thuan. Contin. p. 45. & 478.

Memorabile in Gallia duellum refert ex *Froſſardo* & Roberto Gaguino pl. *Reverendus* D.D. *Jacobus Martini* in Polit. p. 1160. & ſeq.

*Tard medicine eſt appreſtée*
*A maladie enracinée.*

*Inveteratus morbus medicorum operam eludit, ac, noli me tangere, inquit.*

## ASSERTIO OCTAVA.

### *Bellorum inteſtinorum civiliumq́ʒ Furiæ peſſundant etiam florentiſſima imperia.*

Ἐξήγησις.

A *duellis* facilis ad *bella domeſtica* deſcenſus eſt. Nam ut *illa* ſunt inter *paucos*: ita *hæc plures* unius

Vid. de bellis civilibus *Lælium Zechium*

Reipubl.

l. 2. c. 2. n 6. de principatus adminiſtratione ad Henr. IV. Navarræ & Galliarum Regem edit. 1607. Coloniæ, *Cunæum* in præf. Libr. de Rep. Ebr. & p. 130. *Lipſ.* l. 6. Polit. c. 1. p. 204. *Keckerm.* ſyſt. polit. p. 1046. *Piccart.* dec. 7. c. 5. p. 22. &c. *Bella Ligiſtica.*

Reipubl. familias ac domos jucundo hoſtibus ſpectaculo inter ſe committunt. Quam calamitatem quid attinet deſcribere multis, cum ipſi illius maxima pars ſimus? Nec ullius tamen apparet tantorum laborum finis! Latius indies ſepit hæc gangræna, & niſi animam agenti patriæ, velut ex machina Æſculapius quidam ſupervenerit, majorem contagionem dabit, plurimorumq; ardorem velut inflammatione corripiet, omniaque *Germaniæ* membra ſacer hic ignis pervagabitur. Colliduntur inter ſe Chriſtianæ Reip. capita, & tot millia hominum perierunt hactenus per ſpeciem religionis. Nunc & illi ſibi ſicas ferales intentant, qui plusquam fraterni fœderis copulâ non ita pridem ſibi obſtricti erant. Et quorum auxiliatrices manus oſculati ſumus quondam, eorum ſævitiam jam deteſtamur ac barbariem. *Satis ah! plus ſatis ſtudio partium utrinq; hactenus eſt datum! Satis turbarum in Europa excitatum! Non hoc nobis Dominus noſter, cœlum repetiturus, dedit mandatum. Pacem ille nobis reliquit, pacem ſuam. Cur rejicimus? Cur jurgia è jurgiis ſerimus? & de concordia Eccleſiæ ne cogitari quidem patimur?* Inhumana, nedum Chriſtianô homine digna *Vitellij* vox eſt, *optimè olere occiſum hoſtem, & melius civem.* Apud nos non ſic, ubi viliſsimi civis ſanguis in precio eſſe debet. Sicut & nullatenus exiſtimamus ſeditionem Reip. utilem eſſe ac neceſſariam. †Non magis ſanè, quam *corpori* conducit inteſtinis bellis laborare. Quô ſimili *Florus* alicubi uſus eſt. Sed ut à præſenti calamitatis domeſticæ ſenſu abducamur pauliſper, age in *Galliam* exſpatiemur, perpetuosq; illius regni tumultus, velut in idea nobis objiciamus.

verba *Caſauboni* in Ep. ad Frontonem Ducæum p. 130. in fi. e.

Sueton. lib. 7. ſect. 10.

†ut *Craſſus* vult apud *Tullium* l. 2. offic. & *Machiav.* lib. 1. diſp. pol. 4. de quo vid. *Aven.* in Colleg. Pol. p. 372. lib. 1. c. 23.

Excur-

## Excurſus in Galliæ Regnum.

*Bellorum civilium feraciſſima Gallia.*

I. Imperium hoc ſæpius in Furiarum vinculis animam egiſſe, & poſtremas dapes expectaſſe in propatulo eſt. Nec diſsimulant id domeſtici ſcriptores. Lanov. *ce ſont nos guerres pour la Religion, qui nous ont fait oublier la Religion: Bella religionis ſuſtulerunt religionis memoriam.* Thuanus (*b*): *Quid mali civile bellum ſecum trahat, & omnes ſciunt, & nos jam noſtrô periculo nimis experti ſumus.* Idem (*c*): *Gallis hoc inſitum eſt, ut ſemel ſumta arma ægrè deponant, & cùm hoſtem extra fines non habeant, in commilitones ac concives ſuos ſæviant.* Idem (*d*) ad Henrici IV. pedes hiſtoriarum ſuarum volumina deponens ac monumenta, *Horret animus,* inquit, *ad recordationem deteſtandi parricidij, non ſolùm cum æterna nominis Francici ignominiâ ſed ipſorum, qui tantoperè tunc ob id lætati ſunt, infamiâ conjuncti: quod regnum & cum regno religionem ipſam inextricabili procul dubio involviſſet exitio, niſi Tu, DOMINE, inſperato Dei noſtræ ſaluti invigilantis beneficio in hæc tempora reſervatus, ſtantis columnæ inſtar, labantem Remp. fulciſſes, & præcipitem publicæ calamitatis obvia cuncta obterentis rotam virtute tuâ ſufflaminâſſes: perilluſtri exemplô per Te ipſum edito, cætera legibus humanis ſubjici, religionem ſolam quod jam dixi, nec cogi, nec imperari poſſe.* Gallus anonymus (*e*): *Gallia hâc ſuâ ætate fœminam gubernatricem, reges pupillos habuit. Tùm bellis civilibus ita vexata, ut domi quod ageret, plus ſatis haberet.* Idem (*f*): *Obitèr illud quidem notare volui gentis noſtræ proprium quaſi vitium: ita nimirum à natura nos comparatos eſſe, ut ſub rege ſtabilitô jam & confirmato*

(*a*) Diſc. 1. cit. Lanſ. p. 340. contra Gall.

(*b*) l. hiſt. p. 263.

(*c*) l. 51. hiſt. p. 1019.

(*d*) p. 11.

(*e*) in diſc. de rebus Gall. p. 85.

(*f*) pag. 80.

*firmato facilè ad diſsidia & factiones, ad bella inteſtina, tumultus & perturbationes concitemur.*

(g) in præf. Argen. ad Ludovicum XIII.

II. Johannes Barclajus aliquoties laudatus (g): *Patre tuo ſublato* ( filium Ludov. XIII. alloquitur ) *motus ſenſim exarsêre in Gallicis animis, pleruncq; ad vicariam contumacibus poteſtatem, & mox arma civilia, dum Tu, nobiliſſime Regum, jam virilis conſcius ſenſus properares enatare ex pueritia ad ætatem firmiorem &c.* Idem præter ea, quæ paſsim elegantiſsimo huic libro de motibus civilium bellorum, genioq; factioſorum ſub *Lycogenis* nomine inſpergit, alibi (h) ex profeſsô, *Cleobuli* ſuſtinens perſonâ differit de compeſcendo hoc bellicorum tumultuum furore. Henr. Stephani bellorum civilium mentionem faciens, *quis adeò ferus eſt*, inquit, *ut ſiccis oculis illud quorundam barbarorum facinus legat, qui pueros elementa prima diſcentes, media in ſchola trucidarunt? Priſcum eſt facinus illud: quod ſicuti incredibile antea viſum eſt, ſimilis crudelitatis exemplo tempora noſtra credibile reddent. (ſi tamen ſimilis, quæ illam multis paſsibus ſuperat, dicenda eſt.) Ecquis n. adeò humanitatem omnem exſuerit, ut id factum, quod primum incendiis civilium bellorum ſuſcitabulum fuit, ſine ſuſpiriis ac gemitibus audiat? Virit fœminæ, pueri, juvenes, ſenes, dum ab ore ſacri hypothetæ pendent, non à Turcarum aliorumve barbarorum catervâ, ſed eorum, qui & ipſi Chriſto nomen dederant, multis vulneribus inermes ab armatis repente cōfodiuntur.* hæc Stephani. Jean de Serres: *La France ne commence pas d' aujourd' huy d' eſtre maladvisée en ſe bandant contre ſoy meſme, & foüillant en ſes entrailles par inteſtines & civiles diſſenſions: Non hodiè Gallia incipit in ſeipſam ſuas armare vires,*

(h) lib. 3. 4. & 6.

in apol. pro Herod.

l. c. p. 70. & 123.

en la prefaçe de ſon Inventaire.

